



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Nonvm. De modis ferendi Crucem Christi. Seu. De piè
tolerandis persecutionibus humanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

N O N V M,

De modis ferendi Crucem Christi,

S E V

De piè tolerandis persecutionibus humanis.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I

Quod nullus sit liber à tribulationibus,
vel persecutionibus in hac vitâ.

CAP. I.

Quæ tribulationes sint magis moleste ho-
minibus ingenuis. CAP. II.

Motiva aliquot ad tolerandas æquo animo
iniurias. CAP. III.

Magni Sancti magna passi, suo exemplo ex-
citare nos debent ad amorem crucis, &
patientie. CAP. IV.

Qua dispositio esse debeat erga eos, qui no-
strarum tribulationum sunt causa. CAP. V.

De multiplici silentio seruando tempore
tribulationis. CAP. VI.

Quando liceat, vel opus sit, non tacere,

sed dicere aliquid, ad sui defensionem.
CAP. VII.

De aliis modis ferendi æquo animo crucem
Christi, seu persecutiones. CAP. VIII.

De Christi doloribus internis, reuelatis
B. Baptista Verana, & B. Angela.
CAP. IX.

Præcipua quæ Christus nostri causa passus
est, debent nobis reddere dulcia om-
nia, quæ in hac vita nos pati continget.
CAP. X.

Ad crucem libenter ferendam excitare nos
debet triplex crux Christi, nimirum
continua paupertas, contemptus, & do-
lor. CAP. XI.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi ordine alphabeti extat
in fine totius voluminis.

P R Æ F A T I O A D L E C T O R E M



Monitus sum à quodam Amico, nonnullos minùs probare, quòd
mea in meis Opusculis consilia & monita, confirmem pluribus,
quàm videatur exigere necessitas, Sanctorum aliorumque pro-
batorum Authorum sententiis, & quandoque tritis ac vulgari-
bus, non selectissidèd quam ob causam id faciam, nunc aperire
volo. Conor prodesse omnibus, minùs iis, qui in Sanctorum alio-
rumque libris accuratè legendis multos exegerunt annos, & meis monitis non
indigent, sed magis illis, qui nec illos legerunt, nec copiam habent legendi (quo-

Kkk rum

rum multò maior est numerus, & maior habenda ratio) vt proficiant: quibus etiam peruia, & trita, ac vulgata bonorum Authorum sententiæ, videntur esse selecta & inaudita. Vno verbo, vt loquar cum Apostolo, *Sapientibus & insipientibus debitor sum.* Præluxit mihi exemplo suo noster Iulius Nigronius, vir æternæ memoriæ dignus, qui in præstantissimis suis Tractatibus Alceticis, meo hortatu scriptoribus; nunc vnam à se citatam sententiam proferendi in vnâ Exhortatione; nunc alteram de eadem materia, in alterâ: nunc coram doctis Auditoribus selectam; nunc peruiam coram vulgo Auditorum: & suas aureas doctrinas, tanquam gemmis pretiosissimis, tum paruis tum magnis, tum notis tum ignotis, ex thesauro Sanctorum depromptis sententiis, ornauit. Imitari sumus, in Euangelio laudatum à Christo Domino *Scribam doctum, similem homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nona & vetera.* Nolo Caij Lucillij sequi sententiam, *qui nec à doctissimis, nec ab indoctissimis sua legi scripta volebat*, sed pro doctis & indoctis scribo: vt illi, selectis dictis & exemplis pascantur; hi, tritis ac peruiis iuuentur, quia secutus Saluiani iudicium, *In scriptiunculis meis, non lenocinia esse volo, sed remedia:* quæ scilicet, non tam ociosorum, auribus placeant, quam ægrotorum mentibus profint. Medici partes ago, vt præfatus sum initio alterius Opusculi à me vulgati, medici autem, & nota multis, & pluribus nota, præscribunt pharmaca remediaque morborum. Vale, Glacij. 1640. 15. Augusti.

Rom. 1.
14.
epist. ad
Mag. No-
uit. nu. 13.

Matth.
13. 52.

præ in
libr. de
gubern.
Dci

CAPVT PRIMVM.

Quod nullus liber sit à tribulationibus vel persecutionibus in hac vitâ.

1.
I de bono
patient.

Iob 7.

2.
de inter.
const. c. 1.

3.
I. i. epist.
308.

Eph. 6. 16.
I. i. Cant.

4.
I. de obed.
pat. & sap.

I. 2. ep. 76.

Brima veritas est, omnes nos, inquit S. Cyprianus, esse in Adam destinatos ad gemitus totâ vitâ. Hoc docent & Sacra littera & Sancti, & experientia omnium in omni statu. Vnde S. Iob dicit: *Militia est vita hominis super terram;* ob multitudinem & varietatem aduersariorum nobiscum pugnantium. Porrò, illorum, qui videri possunt, hostium, inquit B. Laurentius Iustinianus, duo sunt genera: alterum iuxta nos, alterum, sicut nos. Primum est, visibilis hic mundus: secundum, quilibet proximus incompertus, & in conuersatione indisciplinatus. Sed potissimum id Religiosi experientur. Nam, vt scripsit S. Ildorus Pelusiotâ, *Bellum existima, & crede, esse monastice vitæ studium, grauioribus ac periculosioribus, quam sint ij gladij, qui in sensum cadunt, spiritualibus telis vndique circumdatus, quæ etiam ignita is vocat, qui eorum experientum probè cognitum & exploratum habebat. In quotidianis exercitijs, ait S. Bernardus, quæ nullâ horâ piè in Christo viuentibus desunt, à carne, à mundo, à diabolo, militiam esse homini super terram, incessanter experimini in vobismetipsis. Et, vt idem alibi ait, Nemo ex omnibus filiis Adæ sine labore hic viuunt, nemo sine dolore. Est qui declinat aliquos, sed incidit procul dubio in grauiores. Nec vlla ratio inueniri potest, inquit S. Ildorus Pelusiotâ, per quam quispiam à calamitatibus liber atque immunis sit. Verum citius quispiam in maximâ tempestate, citra gubernatoris, & clauis opem, salutem consequeretur, quam huius vitæ procellas, nullius tentationis periculo factò effugeret.*

Nam cum tentatio sit vita hominis super terram, quis fieri potest, vt qui in tentationis loco sit, minimè tentetur? Nam quod à Saluatore dictum est, *Vigilate & orate, ne introiis in tentationem;* perinde est, ac si dixisset, ne ab eâ opprimamini. Nam si hiis verbis (quemadmodum alij placet) hoc intellexit Saluator, ne vilo modo in tentationem prolabamur, rationi parum consentaneum hoc esset, cum & Propheta & Apostoli, & ij viri qui virtute maxime excelluerunt, in multas & maximas tentationes inciderint. Verum in tentationem quidem non incidere fortasse impossibile est, ei autem, minime succumbere, possibile. Impossibile diaboli operâ: Qui, vt ait S. Macarius, tanquam hostis, nemini bellum inferre desinit & misericordiam nescit, hominem, summo prosequitur odio: quapropter in omnes homines mouere bellum non dubitat. Quod vsque adeo verum est, vt dicat S. Augustinus: *Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione: & quidem talia quæ nullus est liber, ipso etiam Deo id partim agente, partim permitte. Quod si forte, inquit S. Chrysostomus, dicas, quam ob causam & in veteri, & in nouo testamento, tam multa pericula, tam multe afflictiones, tam multa infidia fuerint, causam cognosce. Quenam ergo tandem causa est? Palastra quedam est hæc vitæ, gymnasium & certamen, fornax conflatoria & tinctoria, virtutis officina. Vt igitur pelles acceptas adstringunt, extendunt, percutiunt, ac parietibus, & saxis allidunt, coriarij, & alij innumerj artificijs, ad suscipiendam tincturam reddant idoneas, ac deinde pretiosum colorem inducunt, & aurifices in ignem comectum aurum fornacis examini tradunt, vt purissimum reddant: eum etiam peditibus multo laboribus in palestra exercent, athletas, dum acrius quam aduersarij, in eos impetum faciunt, vt cum in exercitationibus cuncta peregerint, corpore decoro sint, & elegantis in certaminibus, & ita comparati*

Mullat
h. 66
pop.
I. de
sol.
in Pl. 49
I. ad
col
qui
fca
dali
sunt. c. 11
Coll
cap.

rati ut facile inimicorum petitiones omnes eludant; ita quoque facit in hac vita Deus, dum animam ad virtutem aptam vult reddere, adstringit & constat, & afflictionum tradit examini, ut pusillanimes & remissi adstringantur, & qui probati sunt, probatioris euadant, nec ab vllis demonum insidiis, aut diaboli laqueis superari possint; sed omnes admodum idonei ad futura bona suscipienda reddantur. & c. Tolerantiores igitur & patientiores volens reddere, nimis sine omnibus modis explorari. Hinc in S. Scriptura dicitur; Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adæ, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulture in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timores cordis, adinventiones expectationis, & dies finitionis, à residente super sedem gloriosam, vsque ad humilitatum in terra, & cinere: ab eo, qui vitit hyacintho, & portat coronam vsque ad eum, qui operitur lino crudos, furor, zelus, tumultus, fluctuatio & timor mortis, iracundia persecratorum, & contentio & c. Etiam Ethnici edocti experimento docuerunt idem. Cicero citat illud Euripidis: Mortalis nemo est, quem non attingat dolor. S. Augustinus ponderans illud ad Hebræos 3. 2. Flagellat Deus omnem, quem recipit; Itanè, inquit, omnem: vbi te volebas abscondere: omnem: & nullus exceptus, & nullus sine flagello erit? Quid est omnem? vis, vis audire, quem omnem: etiam vincis sine peccato, non tamen absque flagello. Si ergo ipse Christus hic sine tribulationibus non vixit, quid mirum, si, vt ait S. Chrysolomus. Nec Rex procul à curis & cruce vitam agit, & vitam viuus plenam multis miseris & tribulationibus? Nulla domus, inquit Seneca, in toto orbe terrarum aut est, aut fuit, sine comploratione. Idèdè benè Solon Légillator Atheniensium dicebat, Vrbes atque oppida nihil aliud esse, quam humanarum arummarum domicilia; quibus luctus, mæores, tristitia mortalium, quasi septis includantur. Itaque velimus, nolimus, omnes & semper sumus obnoxij tentationibus vel afflictionibus, quæ in mundo sentiuntur. Arummarum & afflictiones huius vitæ, sunt instar tinearum & vermium omnes rodentium. Omne pomum, inquit S. Augustinus, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem suum; alius est vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici. Ita quilibet in quolibet statu & gradu habet quod patiatur dum viuuit. Cùm ergo afflictiones, quamdiu viuimus, euadere non possimus, necessarium est, vt sciamus, quomodò nos gerere in iis debeamus: præsertim, dum ab hominibus iniquè vel indignè exagitamur.

8. Secunda veritas est. Nec Sanctos esse liberos ab afflictionibus huius vitæ. Duabus partibus, inquit Abbas Theodorus apud Cassianum, & vt ita dixerim, manibus, interiorè hominem nostrum subsistere peruidemus: nec quisquam Sanctorum carere hac sinistra aduersorum potest, sed in hoc virtus perfecta discernitur, si vtramq; in dextram benè vtendo conueruat. Habet vir sanctus dextram, successus videlicet spirituales & c. Habet & sinistram, cùm tentationum

turbidibus implicatur & c. in quibus si viriliter dimicans nullà desperatione conciderit, ac potius de contrariis arma quedam patientie ad exercitium virtutis assumpserit, vtraque manu vtetur pro dextrâ, & in vtroque actu triumphator effectus, tam de sinistro statu, quam de dextro, palmam victorie consequitur, qualem B. Iob legimus meruisse. Quod vsque adeò verum est, vt S. Augustinus dicat: Coniectura est, cum te Deus immensis persecutionibus corripit, te in Electorum suorum numerum destinasse. Non est inanis hæc coniectura, sed veritas certissima, tradita ab Apostolo Paulo: Quos, inquit, præsciuit, & prædestinavit, conformes fieri imagini Filij sui. Id est, vt cum Vasquez explicat noster Cornelius, quos Deus præsciuit sibi amicos & dilectos per gratiam suam futuros, hos etiam prædestinavit ad hoc, vt paterentur, & fierent conformes Filio suo in patientiâ, vt pote, qui pro nobis tot labores, & arummas sustinuit. Meritò ergo, ait S. Bern. Discite in passione, quâ sit eundem. Hæc est enim via vite, tribulatio præfens, via glorie, via ciuitatis habitaculi, via regni, secundùm quod Latro clamat de cruce: Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Euntem in regnum vidit, quò cùm peruenisset, sui memorem esse rogauit. Habuit & cæca gentilitas aliquem radium huius veritatis. Hanc rationem Dii sequuntur, ait Seneca, in bonis viris, quas in discipulis suis Præceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Dicant ergo ipsi: digni vni sumus Deo, in quibus experiretur, quantum natura humana posset pati: optimi milites ad durissima mittuntur. Et S. Gregorius, Electos Dei, inquit, cernimus & pia agere & crudelia multa tolerare. Nã, vt Christus dixit in Apocalypsi, Ego quos amo, arguo & castigo. Et Apostolus Paulus ait: Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem Filium, quem recipit. Et Prouerbiorum 3. 12. Quem diligit Dominus, corripit, & quasi Pater in Filio complacet sibi. Hinc Angelus Raphaël dixit Tobie: Quia eras acceptus Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et SS. Maria dixit S. Brigittæ: Ego nullam horam sine tribulatione cordis transiui in terris. Quanta autem eius tribulatio fuerit, alibi ipsamet dixit S. Brigittæ: Ego plena fui tribulatione, à Natiuitate Filij mei vsque ad mortem eius. In particulari verò explicans tribulationes suas & dolores, sic ait: Licet ex Diuinâ inspiratione scirem Filium meum passurum, tamen ex verbis Simeonis, quibus dixit, gladium pertransurum animam meam, & Filium meum posurum in signum, cui contradiceretur, grauius perforabat cor meum dolor iste, qui vsque dum assumpta sui corpore & animâ ad calum, nunquam defuit à corde meo, licet ex consolatione Spiritus Dei temperaretur. Scire etiam te volo, quòd ab ipso die Purificationis, dolor meus sextuplex fuerit: Primò fuit in cognitione mea. Nam quoties aspiciebam Filium meum, quoties inuoluebam illum pannis, quoties videbam eius manus & pedes, toties animus meus quasi nouo dolore absorptus est, quia cogitabam quomodò crucifigeretur. Secundò fuit dolor in auditu meo. Nam quoties audiui opprobria mei Filij & mendacia, & insidias ei positas, toties

Rec. 40. 1.
Tulc. 1.
in Pl. 31.
h. 66. ad
pop.
l. de con.
folc. 35.
l. p. de ver.
Dom.
Coll. 6.
cap. 10.

9.
ep. ad A.
lyp.
Rom. 8.
19.
Val. 1. p. q.
23.
Cor. in
Comma.
f. 1. Dom.
Palm.
l. de prot.
1. 9. mot.
cap. 35.
Apoc. 3.
19.
Heb. 12.
6.
10.
Tob. 12.
13.
1. 6. Reu.
cap. 53.
1. 2. Reu.
cap. 24.
Reu. Ext.
cap. 57.
1. 6. Reu.
cap. 57.
Luc. 2. 35.



animus meus motus est dolore, ita quod vix se tenere poterat. Sed virtute Dei dolor meus modum & honestatem habuit, ne impatientia & leuitas in me notaretur. Tertio, fuit dolor meus in visu. Nam quando vidi Filium meum ligari & flagellari, & in ligno suspendi, corruis, quasi exanimis, sed reassumpto spiritu steti dolens, & sic patienter sufferens, vt nec inimici, nec alij in me aliud reperirent, nisi grauitatem. Quarto, fuit dolor meus in tactu: Ego enim cum alijs deposui Filium meum de Cruce, & inuolui eum, & posui in tumulum: & sic tunc augebatur dolor meus, vt vix manus & pedes mei haberent robur ad subsistendum. O quam libenter fuisset sepulta cum Filio meo! Quinto, patiebar ex vehementi desiderio perueniendi ad Filium meum, postquam ipse ascendit in caelum: quia longa mora, quam habui in mundo post ascensionem eius, dolorem meum augmentabat. Sexto, patiebar dolorem ex tribulatione Apostolorum, & amicorum Dei: quorum dolor erat dolor meus. Timens semper & dolens: Timens, ne succumberent tentationibus & tribulationibus: Dolens, quia verba Filij mei vbique habebant contradictionem. Sed licet gratia Dei semper perseuerabat mecum, & voluntas mea erat secundum velle Dei, attamen dolor meus continuus erat: permixtus consolatione, donec assumpta fui corpore & anima in caelum, ad Filium meum. Nec tantum dolor Virginis tota vita continuus erat, sed iuxta incrementum aetatis & donorum Dei ei concessorum, in ea crescebat. Quae de re sic locutus est Angelus S. Brigittae: *Congruè hac Virgo nuncupari potest florens rosa, nam sicut rosa crescere solet inter spinas ita hac Venerabilis Virgo in hoc mundo creuit inter tribulationes. Et quemadmodum quando rosa in crescendo se plus dilatat, tanto fortior, & acutior spina efficitur, ita & hac electissima rosa Maria, quando plus aetate crescebat, tanto fortiorum tribulationum spinis acutius pungebatur. Cum autem ad illam aetatem ipsa peruenit, qua Filius Dei factus fuit filius suus, tunc plenissima illa rosa in sua pulchritudine magis dilatari ac crescere videbatur, ac tribulationum spinis ipsam acriter stimulante fortiores & acutiores quotidie efficiebantur. Ideo merito S. Iudephonus, eam appellauit plus quam Martyrem, vti & S. Bernardus, & Christus ipse alloquens S. Brigittam. Et alia vice de quodam Episcopo, amico suo dixit: Propterea, quia amicus meus est, & eum intime diligo, ideo quasi amico laboriosus onus impono. Vnde serui Dei perfectiones hominum, non tanquam ab hominibus profectas, sed tanquam à Deo ipsi impostas grato animo accipiebant. Hoc documentum dedit Deus Pater S. Catharinae Senensi: In iniurijs tibi factis, iudica, quod voluntas mea ita permittit vel ordinat ad experientiam virtutis in te pariter & in alijs amicis meis, iudicando quod ille facit ita, velut instrumentum à me positum, & ad hoc electum: & praecipue quia frequenter accidit tales bonam intentionem habere: quia nemo iudicare potest occulta cordis hominum. Sic Dauid, cum ei malediceret Semei, & quidem hanc ob causam vellet eum quidam occidere, ait Dauid: Dimitte eum, vt maledicat: Dominus oratio*

praecipit ei, vt malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Hanc ob causam B. Iacobus, laudatus à Theodoro, cum ei diabolus minaretur virgas, respondit: Si tibi est permissum à Deo vniuersorum, percutere, & plagam libenter accipiam, vt qui ab illo feriar. Merito ergo S. Orelies à S. Hieronymo laudatus, in Catalogo Scripturae, P. P. pag. 42. col. 4. Eccl. in Regulis de Institutis Monasticis scribit: *Quis Sanctorum non in lectu, atque tristitia per mundi huius transiit viam: Quamobrem, vt monet S. Macarius, viri Diuini preparare se debent ad certamen & praelium. Ea est enim Christiana Religio via, vt, vbi est Spiritus sanctus, ibi statim sequatur conflictus & persecutio. Vides Prophetas, quoniam pacto à contribulibus suis persecutionem passi sunt, in quibus tamen Spiritus operabatur. Vides, quomodo Dominus non ab alia gente, sed à suis persecutione affectus est: nempe à propria tribu Israel, à qua etiam est cruce affixus. Iidem & Apostoli. Itaque statim à Cruce transiit Spiritus Paracletus, & migravit ad Christianos. Inter quos ij maioribus exagitantur persecutionibus, qui sanctius viuunt. Semper obseruatum est, inquit S. Teresia, eos, qui Christo Domino viciniores & propiores suere, plus alijs laboribus & aduersis lancinatos & diuexatos fuisse. Idque probat exemplis B. V. Mariae & SS. Apostolorum. Et è contrario S. Gregorius scribit: Ego fidenter duo, quia minus pie viuisti, si minus perfectionem pertuleris. Imò non tantum Sancti liberi non sunt ab humanis persecutionibus, praesertim linguis censorijs & calumniatricibus, sed ij quoque quos Deus incipit euehere ad sanctitatem, & aliquo dono Sanctis concedi solito illustrat. Quae de re ita S. Teresia, in se ipsa experta, scribit in vita sua: *Preparaes se ad persecutionem, tanquam ad rem certam in hoc tempore, quando Dominus vult, vt sciatur de aliquà personâ gratia aliqua miraculosa: quia sunt mille oculi pro vna tali anima, cum tamen mille animabus alterius conditionis, ne quidem vnus sit oculus. Bene se potest preparare anima, quam Deus ita aspici permittit ab oculis mundi, vt martyrio afficiatur à mundo. Nam si illa non vult mundo mori, ipse mundus eam occidet. Non video in mundo aliud bonum, quàm quod non patiatur residere defectus in personis bonis, & quod retribuitur persecutionibus, & murmurationibus illas facias perfectas. Dico requiri plus cordis illi, qui perfectus non est, ad assequendam perfectionem, quam ad martyrium: quia sine speciali priuilegio perfectio non acquiritur tam cito, vt illud: Mundus autem quando videt aliquem perfectam inchoare vitam, statim vult vt sit perfectus: quod si vnum defectum in eo videat, quod forte in eo est virtus, dat ei mille leucas. Pauperula anima, non capit ambulare, & isti volunt, vt volet: nondum passiones subingarunt, & volunt vt in magnis occasionibus ita illi sint solidi, quemadmodum erant Sancti, postquam confirmati fuerunt in gratia. Quod Sanctis contingit, idem Religiosis, etiam non sanctis. Quomodo autem Religiosorum certamen perpetuum sit, vti & multiplex palma tunc praemium, fuse ostendit S. Chrysofostomus. Hinc S. Ephrem**

116. Angelico.

11. F. de Assumpt. in sign. mag. l. i. Reu. c. 52. & l. 4. c. 91. & Reu. t. x. c. 85.

12. dial. c. 100.

1. Reg. 16. 10.

Ephrem in quadam adhortatione ad pietatem ait: Bellum militum esse breue, sed Monachi pugnam donec erigat ad Dominum, semper durare. Quod verissimum est, si non de interna tantum pugna sit sermo, sed de externa quoque, quam homo homini lupus, iuxta vetus prouerbum, excitate solet.

CAPVT SECVNDVM.

Que tribulationes sint magis molestae hominibus ingenius?

17. **T**ertia veritas est: Cum multa sint genera tentationum & afflictionum huius vite, inter omnia grauiotes sunt, magisque molestae, quae vocantur persecutiones linguarum. Ideo S. Chrysaostomus, S. Iob plura, & grauiora passum esse martyria a maledicentia vxoris & amicorum, quam sint passi Martyres. Nescio, inquit, quomodo omnibus rebus amarum solent mordere maledicta. Et causam affert: quia alia mala tolerantem, multorum praecordia consolantur, in maledictionibus vero, etiam ipsa consolatio subducitur. Multi etiam ad laqueos consolarunt: fama opprobria non ferentes. Perit maxime enim cum primis est, inquit Iulianus Imperator, & ambitiosus affectus ille animi, & generosis mentibus acerbis propterea inesse videtur, quod conuicio magis (vixit ut maxime sibi contraria) moueantur. Ideoq; eos, qui ea contra se faciunt, vehementius oderunt, quam qui seruum intentant ac vita sua insidias moluntur. Conuicio fortiter resistere, est facinus, mea sententia, nihilo deterius, quam Troiam expugnare, vel ingentem exercitum in fugam compellere. Quocirca S. Chryso- stomus ponderans illa verba Apostoli; Multum certamen afflictionum sustinistis, illud ait fuisse, quia omnes despuebant eos, contumelias afficiebant, deridebant, vituperabant, fatuos vocabant, ac insultatos, quod deserta patria viuendi formula, noua placita suscepissent. Quae quidem non parum valent ad commouendam animam, nisi fides profunde sit radicata. Nihil enim aequè mordet animam, ac improprium, nihil aequè labefacit mentem ac dicteria & conuicia: nam multi viri per conuicia sunt sepe subuersi. Quod toleratu adhuc difficilius est, si multi sint persecutores. Maiorem enim calamitatem inquit S. Chry- stostomus, & acerbiorum dolorem vultus a pluribus acceptum excitat. Ideo S. Chry- stostomus magis sentiebat amicorum exprobrationes & dicteria, quam corporis sui tantum miras, & multas calamitates, & omnium rerum iacturam. Vnde, ut ait alibi, Maxime lace- rabat, etiam non vis, sanè malorum, sed quia voces au- diebat amicorum, ei crimina per calumniam expro- brantur, quia tanquam in hominem impium, & ex- legem, tanquam in Dei hostem, & qui virtutem antea esset ementurus, calamitas illa incidisse videretur. Nec ita de corporis labe, ut is de nominis existimatione labo- rabat, non ambitione quidem vlla, siue quod ad vulgi opinionem vitam institueret, sed ea re potissimum, quia suis illis erumnis, plerisque offensis animaduertebat. Hinc

& Moyses volens placare Deum, populo suo iratum, ob adoratum idololatricè vitulum, in- famiè periculum, quod incurtus erat populus eius, representauit Deo tanquam magnum mo- tum ad ei parcendum: Cur, Domine, irasceris su- per riuum tuum contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & manu robusta: Ne queso, dicant Aegyptij, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui &c. Placatus est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat ad- uersus populum suum. Ideo etiam viri sancti non- nulli, magnam sentiebant hac in re difficulta- tem. Hinc S. Propheta Ieremias linguis aduer- sariorum exagitatus, maximè Sacerdotum, & vt ponderat S. Chryso- stomus, vir tantus, tamq; eximia virtute prae- ditus, hac tentatione non mediocri- ter commotus ac perturbatus exclamabat: Vae mihi, mater mea, quare me genuisti, virum rixae, virum dis- cordia in vniuersa terra: omnes maledicunt mihi. Ita & Moyses, etli a Spiritu S. vocatus sit Vir mitis, minus supra omnes homines; tamen cum stare con- tra eum, & murmurarent, quod eis non pro- uideret carnes pro cibo, Deum orabat: Ob- scro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Ingemiscens, inquit S. Chryso- stomus, & flens, vt homo, ostendebat natura- pasiones, quasi per ipsas argueretur. Sic ex perfectis quisque ingemiscit. Similiter & Habacuc dixit: Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre praedam, & iniustitiam contra me, & factum est iudi- cium, & contradictio vehementior? Et S. Elias perse- cutione impiae Reginae exagitatus dicebat: Tolle Domine, queso, animam meam. Optans mori potius, quam illam pati. Et S. Paulus excitatam con- tra se in Asia seditione populi per Demetrium Argentarium Dianae, supra modum se grauatum fuisse, scribit: & supra virtutem, ita vt eum caderet etiam viuere: quia natura maluisset mori, quam tantas afflictiones pati: quae vsque adeo gra- ues illi erant, vt dixerit se in se mortis responsum habuisse. hoc est naturam & animum nil aliud praelagisse & expectasse, quam mortem, ni- Deus mirè succurrisset, & cor afflictum con- fortasset. Talibus persecutionibus etiam alij Sancti impetuntur. Nam, ut ait Apostolus, Om- nes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecu- tionem patientur. Et quidem talem saepe, quali impetebatur S. Chryso- stomus, sic eam descri- bens: Credite mihi, peiora sunt quae nunc patimur, his, quae Paulus perpeffus est. Eum illi lapidibus cadebant: sed nunc accidit, vt verbis, quae lapidibus difficiliora sunt, feriamur. Noui multos, non ita vulneribus dolen- tes, sicut verborum percussione: illam quidem plagam corpus excipit, istam anima. Quocirca S. Basiliius dans monita Chiloni discipulo, eumque ad perseverandū in obsequio Dei instruens, primo loco id commendat: Primum itaq; Frater, fac ad- uersus omnigenam tentationem animum praemunitus, & obfirmes patientia. Cuiusmodi tandem tentationum generi-

h. i. in 2. Cor. 12. h. i. ad pop. orat. 3. in Habentes eundem spir. fid. 18. E. 19. to 3. Ducei. in Carena apud Co- mitol. ad cap. 2. Iob. v. 11. 19. 20. 21. 22. ep ad Chil.

Ero. 32. 19. ep. 4. ad Olymp. Ter. 15. 102. Nu. 12. 3. Nu. 11. 15. h. 4. de Iob. 10. 1. Hab. 1. 3. Reg. 19. 4. Act. 19. 28. 2. Cor. 1. 8. 9. 20. 2. Tim. 3. 12. h. 31. ad POP. 21. 22. ep ad Chil.



generibus is, qui fidelis est, probari, asselet: Nimirum per rerum vita istius detrimentosam, nec simplicem iacturam, per delationes cuiusvis generis criminum aduersum te falsò concinnatorum, per inuorigeos & inobsequentes, per multiuariam obreclationem, persecutionem. Quamdiu autem, & quam sepe illam patiantur pie uiuentes, explicat S. Leo: Nunquam deest tribulatio persecutionis, si nunquam desit obseruantia pietatis. Ex quibus autem fontibus emanent persecutiohes Sanctorum, dicam infra cap. 5.

f. 9. quadrag.

23. h. 29. in ep. Hebr.

ep. 9. c. 32.

f. 12. in Psal. 118.

de prou. c. 3. & 4. l. de remed.

Mal. 5. 6.

24. in Pl. 83.

Quòd si quis non pariatur persecutiones, nò est bonum signum. Nam, ut ait S. Chrysostr. Si flagellat omnem filium, quem recipit, qui non flagellatur sine dubio non est in numero filiorum. Idèd S. Gregorius ait; Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit. Et quod peius est, S. Ambrosius dicit: Fortasse cum persecutionem non patimur, tanquam condemnati habemur. Idem fuit sentus sine lumine fidei, Demetrii apud Senecam: Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam euenit aduersi. Et Seneca: Miserum te iudico, quòd nunquam suscipi miser. Pœna peccati esse solet, non affligi. Cum uinea putatur abscissione frondium superfluarum, videtur fundere lachrymas, ex quibus in autumno botri excresecunt. Sic tribulatio prodest. Idèd Deus minatur populo suo: Dimittam vineam meam, & non putabitur, nec fodietur. Vnde S. Basilium in hunc locum. Pulchrè hanc similitudinem tractat S. Augustinus: Vna, inquit, pendet in vitibus & oliua in arboribus, huius enim duobus solent torcularia preparari. Et quamdiu pendunt in fructibus suis, libero aère perfruuntur, & nec uua vinum est, nec oliua oleum ante pressuram. Sic sunt homines, quos predestinavit Deus ante sæcula conformes fieri imaginì Filij, qui precipue in Passione magnus botrus est expressus. Huiusmodi ergo homines, antequam accedant ad seruitutem Dei, fruuntur in hoc mundo tanquam delictiosa libertate, velut uua aut oliua pendentes. Sed quamquam dictum est: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore & prepara animam tuam ad tentationem, accedens quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia se venisse agnoscat, tribulabitur, conteretur, comprimetur, non ut in hoc sæculo pereat, sed ut in apothecas Dei influat.

25.

Idèd in Vita Patrum apud Rufinum, cum senex quidam frequenter infirmaretur corpore, & vno anno nulla eum contingeret valetudo, propterea sebat, & grauius sebat, dicens: Reliquisti me Domine, & noluisti me presenti hoc anno uisitare. Idem de aliis tribulationibus mentis dici potest, dum nullis linguarum aculeis transfodimur.

26.

Causa autem persecutionum, dæmone instigante, in Sanctis prima est, odium Dei, cuius gloriam, perseguendo Sanctos, conatur obfuscare & diminuerè. Præmonebat milites suos Christus, inquit B. Laurentius Iustinianus, ad persecutionem, tolerantiam, ne imparati ad certamen accedent, sciebat quippe semper iustu bella ab humani generis aduersario commoueri, qua non tantum aduersus

fac. amo. cap. 11.

homines, qui inuisibiliter infestantur, verum etiam contra hominum Conditorum concitari noscuntur, non tamen ut inuisibilis debellatur, sed ut ipsius gloria in hominibus denigretur. Bæchatur itaque aduersum iustos, per quos reuincunt Diuina proficitur laus, quatenus ex laudantium perditione, magnificentiam diminuat laudati. Altera causa persecutionum contra Dei seruos à diabolis suscitari solitarum, est eorum bonitas & sanctitas. Hanc forte non valens dæmon, Cainum contra Abel commouit, eam ut occideret. Et propter quid occidit eum? inquit S. Ioannes Apostolus, quoniam opera eius erant mala, & fratris eius iusta. Duplicet enim improbis filiis diaboli vita proborum. Hanc causam dant impij; Grauis est nobis, etiam ad videndum, quoniam dissimilis est uia illius, & immutata sunt uia eius. Tãquam nugaces estimati sumus ab illo, & abstinet à uia nostrâ, tanquam ab immunditiis. Quòd in improbis dæmon excitat, in bono proposito constitutis inquit S. Leo Papa, inimicitia dissimilium, diabolo instigante, non desunt, & facile in odium prorumpunt, quorum improbi mores detestabiliores sunt comparatione rectorum. Expertus est in se hoc S. Dauid in Ps. Propheta. Quâ de re differens S. Gregorius in illa uerba: Deturbabant mihi, quoniam sequebar bonitatem, solent inquit, perditii homines bene uiuentibus inuidiosè detrahère, aut notam eis exagitati criminis insigere, aut pure uita innocentiam, simulationem vocare. Quare autem hoc faciant, ostendit, cum ait: Quoniam sequebar bonitatem. Bonitatem sequitur, qui Christum imitatur. Cuius imitatores tamò in hac uita grauiora tormenta persequunt, quamò longius corde à mundo discedunt. Et addit, ipsam bonitatem quòdãmodo eos accendere: Iusti, inquit, qui ea quæ Dei sunt, totâ intentione desiderant, & supra mundum, facti, mundana omnia, quadam uirtute dominationis, conculcant, nò solum in oculo cordis, diabolicas infestationes tolerant, sed etiam, peruersorum malitiam decore sua conuersationis inflammant. Pulchrâ id similitudine confirmat S. Chrysostr. In tempore uirtutis perfectæ, tunc diabolus spirat vehementius, & quemadmodum pirata, qui mare nauigijs infestant, non tunc, ubi conspexerint nauem de portu exeuntem inuadit, (quid enim hinc fructus caperent, nisi scapham inanem demergerent?) sed ubi redierit onusta, plenaq; sarcinâ, tunc demum omnes experiuntur arces, ita sceleratus ille dæmon, simul at que uiderit aliquos multa collegisse v. g. ieiunia, preces, elemosinam, castitatem, reliquaq; uirtutes omnes, ubi uidet nauigijs nostrum esse plenum pretiosis lapidibus, tunc irrumpt undique thesaurum perfodiens, ut in ipsis portus ostij scapham demergat, tamque nudos nos ad eum portum ericiat. Ita, ut obseruat S. Cyprianus, diaboli studium est, ut nomen gloriosum fidelium infamet. Quocirca S. Leo monuit: Intelligamus quantum studiosiores pro nostrâ salute fuerimus, tantò nos uehementius ab aduersarijs impetendos.

Pulchrè id explicat Vincentius Iustinianus in uita B. Ludouici Bertrandi, ponderans illum uerticalem, quo Ecclesia uirtut in officio Martyrum

tyrum tempore Paschali. Sancti tui Domine flore-
bunt sicut lilium: ubi ait; per lilium significari San-
ctos, per quod eos designari dicunt S. Basilus
& S. Gregorius, & S. Bernardus. Lilium inquit
Iustinius, effundit odorem acutum, qui non placet
omnibus, ut placet odor violarum & carophylo-
rum: sed vehementi odore capitibus debilibus dolorem adfert.
Ita boni bonitate ordinariā placent omnibus: qui verò
excellunt sanctitate, non sancti, est bonis non placent
unde dicitur, ut inter S. Chrysostomum & S. Epiphani-
um inter S. Augustinum & S. Hieronymum, ut et-
iam inter Angelam Perfarum & Græcorum. Verò
sancti viri inter malos sunt, tanquam lilia inter
spinas. Spina inquit S. Bernardus, piana est; spina
falsus frater, spina vicinus malus. Sed sicut spina
cuncto dit rosas, ita persecutiones virtutem, Dei
beneficio. Nam, ut B.V. dixit S. Brigittæ, Nun-
quam vinum servatur bene in bonitate suā, nisi in facer-
nec boni & iusti stare in virtutibus & proficere possunt,
nisi probentur in tribulationibus & iniquorum perse-
cutionibus. Et Dominus dixit Angelis hominibus
libi caris, sic facere duplicem misericordiam
prima est, quæ corpus punitur, & paritur anima. Si-
cut famulus meus Iob, cuius caro data est omnibus do-
loribus, & anima serena est. Altera, misericordia est,
quæ punitur corpus & anima, ut & tribulationem ha-
beat in carne, & dolorem in animâ: sicut Petrus &
Paulus, & alij Sancti. Et talium Deo carorum sunt
duo status: unus eorum qui cadunt in peccata, & ite-
rum surgunt: hos permitto tribulari quandoque ad
corpus, ut salvi fiant. Alter status est eorum, qui plus ti-
ment peccare contra me, quam de aliquâ pena intole-
rabili, quam me provocarent scierint ad iram. His da-
tur tribulatio corporis & cordis, ut Petrus & Paulo, &
alii Sancti, ut quicquid in hoc mundo deliquerint, in
mundo emendent: vel ad maiorem gloriam, & ad alio-
rum exemplum purgantur ad tempus. Ideo laudatur
quidam Monachus in Vitis Patrum, quia quan-
tum eum quis iniuriâ appetisset, aut exacerbasset, tan-
tum magis ille ad eum currebat, dicens: quia huiusmodi
homines causa corrigendi sunt his, qui in conversatione
studiosi sumi. Nam qui eos beatificane, magis con-
fundunt animas eorum. Scriptum est enim, quia qui
beatificane vos, seducunt vos. Tertia causa dæmo-
nem concitans ad Dei servos persequendos,
per malos & bonos, falso zelo deceptos à dia-
bolo, est diminutio regni Satana: dum sine pre-
cibus Deo carorum, vel exemplis, vel meritis, vel
monitis pie commotis, viri improbi, aut minus
perfecti renuntiant, & meliorem vivendi ra-
tionem amplectuntur, cum magno dolore Prin-
cipis tenebrarum. Hec est doctrina S. Chryso-
stomi: Nunquam, inquit, magis sevit ac furit sceler-
atus ille demon, quam cum ex suis vasis & instrumentis
multa videt diripi. Non est eius, qui parva gessit & ma-
la mala illam bestiam irritare. Quamobrem, quan-
do videris virum iustum, magna & præclara gerere, &
mala pati innumerabilia, ne mireris. Nam contra mi-
rari oporteret si diabolus multas accipiens plagas, esset
queriturus, & vulnera placide toleraturus. Neque enim

si serpens panitus, continuo effugeret, & insulset pun-
genti, mirari oportet. Quomodo enim serpens grauius
serpit diabolus omnibus insultans; & surgit sicut scor-
pius in altum erecto stimulo. Ne hoc vos conturbet: eum
enim, qui à bello, & cæde & victoria reuertitur, necesse
est etiam fuisse cruciatum; sæpe autem etiam habere
vulnera. Et tu ergo cum videris aliquem innumerabilis
operantem, & si diaboli vires frangentem, deinde in-
cidere in tentationes & pericula, ne propterea contur-
beris; idem enim incidit in tentationes quod diabolus
vehementer ferit. Et quomodo permisit Deus: ut ma-
gis coronetur, maiorem diabolus plagam accipiat. Con-
funditur enim in sui reatus opprobrium demon, ait B.
Laurentius Iustinianus, cum in carne passibili ho-
minem inuenerit, inter tot mundi discrimina Conditio-
ri obedientiam custodire quam in celo positus ipse ser-
uare neglexit. Implacabili etiam liuore cabescit, quoties
illuc homines ascendere conspicit, unde turpiter ipse su-
perbiendo descendit. Iustorum igitur profectibus inas-
dens, eorum ascensus ad gloriam impedire conatur.
Nempe quotquot viderit suis operibus aduersari, nunc
per se, nunc per suos, tanquam sua membra, Christi
membra persequitur. Non igitur permittit mundus,
tanquam diaboli corpus, iustos pacifice viuere penes se.
Etatus quippe humilem, pacificum inquietus, iracundus
mansuetum, immitis misericordem, sanctificatum in-
iustus pollutus, & notius, puicum atque innocentem,
inimicâ amulatione læcescit. Hoc enim dissidentia, & li-
uoris seminarium, ex quo homines in terrâ esse cepe-
rum, inimico diabolo suggerente initium habuit. Imit-
tantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Hoc in
Cain, & Abel; in Noë & Cham; in Isaac & Ismaël; in
Esau & Iacob; in Iosaph & Fratribus; in Moyse &
Chore; in David & Saule; in Samuele & Chaldeis; in
tribus pueris & impio Rege; in Prophetis & Hebreo-
rum populo, declaratur &c. Expectus est hoc ipsum
S. P. N. Ignatius, de quo sic scribit Ribadeneja, l. 1. c. 1. f. 64.
ta: Cum S. Ignatius nosser Parisiis literis dans operam,
ne quid de studentis ratione ac vilitate detraberetur,
ab exercitationibus spiritualibus tradendis, alijsq; pio
occupationibus abstineret, magnæque tranquillitate
vixeret, nemine tunc ipsum persequente, quidam ipse
familiaris ad Ignatium: Nonne, inquit, vides quanta re-
rum vicissitudo, quanta voluntatum commutatio sa-
cta sit: qui te paulo ante deprimebant extinduntq; cu-
piebant, nunc extollunt, & laudibus in celum ferunt,
quid hoc rei est? Ad quem Ignatius: Ex istis, ait, vinculis,
sine me expediam, expectandum cursum Philosophie
conficiam, & tunc causam huius tranquillitatis intelli-
ges. Me enim tacente, tacent; quiescente, quiescunt: ubi
me commouero, inuida continuo tempestas exoritur,
eiusq; fluctibus exagitor. Euenitq; quod euenerunt
prædixit, & decurso Philosophie spatio, ubi se ad homi-
nes iuuandos transtulit, & contentius agere cepit, odij
& inuidia aculei, qui excubi videbantur, demum in ip-
sum emissi sunt. Ideo S. Franciscus Xaverius, ut
scribit Orlandinus in Societatis Historia, dice-
bat, videri sibi. Nostros nequaquam fideliter militare, si
diu nulli insectatoribus exercerentur. Hinc cum ce-
lebris doctrinâ & vitæ sanctimonîâ Nauarrus
Azpi-

Ba. in Pf.
24.
Gl. l. 14.
mor. c. 6.
B. r. 70.
& 71. in
Cant.
Dan. 10.
33.
f. 48. in
Cant.
29.
l. 1. Reu.
cap. 21.
l. 1. Reu.
cap. 36.
30.
31.
L. 7. libel.
16. n. 12.
Rolv. p.
61. n. 12.
h. 2. in
1. Corin.
ep. 1. ad
Olymp.

fasc. am.
cap. 11.
33.
34.
l. 1. c. 1. f. 64.
35.
l. 2. n. 107.



Et corporalibus mains honore. Idem pati eius iacturam per humanas linguas, maxime bonorum, est magna pœna. Ab hac autem pœnâ nullus est liber. Nihil est, inquit S. Nazianzenus, quod à lingua sagiat à tutum sit, ac immune. Et S. Hieronymus: Fieri non potest, ut absque morfu hominum vite huius curricula quis pertranseat. Quod tamen Sancti pro beneficio habent. Cùm S. Iacobo cui-dam, ut scribit Theodoretus, dæmon minaretur: Te tantâ iniuriâ infamabo, ut nemo te vllâ ex parte aspiciat; respondit: Agam tibi gratias. Inuitus enim tuum inimicum beneficio afficies, ut qui efficies, ut magis verfer in Dei recordatione.

CAPVT TERTIVM.

Motiva aliquot ad tolerandas æquo animo iniurias.

44. **Sexta veritas.** Positis his veluti fundamentis, quòd necessariò debeamus pati in hac vitâ; Sex sunt causæ, ob quas Deus homines permittit affligi. Quatuor enumerat, & exemplis ac testimonis S. Scripturæ illustrat Abbas Theodorus apud Cassian. vel ob probationem, vel ob emundationem, vel ob merita delictorum, vel ob manifestandam solummodo gloriam Dei & opera. At S. Bern. in Sententiis, asperitatis flagelli Diuini, aut quinque esse causas, ut ab iniquitate corrigat: ne quis de collatâ virtute superbiat: ut virtus hominibus innotescat: ut alios eius exemplo cõpescat, ut corona cumuletur & crescat; hoc est, ut suppeditetur materia meritorum, quam Deus solet præbere iis, quos aliàs probauit esse constantes in suo seruitio, & aduersis non cedere, nec vllâ probatione egere. **Sexta causa** est, ut homines ad se trahat, idque facit tum malis, ut eos abducatur à vitâ malâ, iuxta illud Psalms: Cùm occideret eos, quarebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: tum ut à seculari statu ad religiosum vocet. Multos enim & Sanctos & alios per aduersitates auulsit à sæculo, & ad vitam Eremiticam vel cœnobicam attraxit. Exempla habes apud nostrum Hieronymum Platum: tum ut cœlestia bona appetamus. Vnde, inquit S. Augustinus, Miscet Deus tribulationes gaudis terrenis: nisi ut tribulationem sentientes, & amaritudinem, discamus aternam desiderare dulcedinem. Excitare ergo nos debemus ad patiendum alacriter, ut faciamus ex necessitate virtutem. Cogita, inquit S. Chrysost. quòd, siue velis, siue nolis, calamitatem patieris: quòd si gratè, maxime lucraberis: si verò agrè & impatienter seres, neque illam ita minorem facies, sed maiorem reddes procellam. Cogitantes ergo quòd necessitatis est, hoc nostra voluntatis esse faciamus &c. Si magno & virili animo aduersos tuleris casus, & pro maledictione (id est hominum de te malè loquentium.) Deo referas laudem, hoc pacto, quæ præter spem euenerint mala, in voluntatis officium commutabis. Nemo sibi pro-

mittat, inquit S. Augustinus, quòd Euangelium non in PL. 46i promittit. Fratres mei, obsecro vos, attendite Scripturas nostras, si aliquid sefellere, & si aliquid dixerunt, & aliter accidit, quàm dixerunt. Non promittunt nobis Scriptura nostra in hoc sæculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, tormenta, dolores, abundantiam temptationum. Ad ista nos precipuè patemus, ne imparati desiciamus.

Præparatio autem duobus modis fieri potest. Primus, si expectemus aduersos casus, à quibus videmus neminem esse liberum. Secundus, si alienos videntes, similibus nos breui impetendos credamus. Pulchrè id explicauit Seneca: Vnde nobis tanta in deploratione nostri peritiam: quòd nihil nobis mali, antequàm eueniat, proponimus; sed ut immunes ipsi, & aliis pacatus ingreffi iter, alienis non admonemur casibus, illos esse communes. Tot præter domum nostram ducuntur exequia, de morte non cogitamus. Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam in mentem venit, nostras quoque opes, æquè in lubrico positas. Necessè est itaque magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimus. Quamultò ante præuisa sunt, languidiùs incurramus. Vbi tu scire te ad omnes expositum ictus stare, & illa, qua alios tela fixerant, circa te vibrasse: velut murum aliquem, aut multo hoste obsessum locum, & arduum a se sensu adeas inermis, expecta vulnus, & illa superne volentia eum sagittis piliq, saxa, pila in tuum vibrata caput. Quoties aut ad latrus aut post tergum ceciderim, exclama: Non decipies me fortuna, nec securum aut neglegentem opprimes. Scio, quid pares, alium percussisti, me petisti &c. Hic vos error decipit, hic effaminat, dum patimur, qua nunquam nos posse pati prouidemus. Aufert vim præsentibus malis, qui futura prospexerit.

Porro ut constanter feramus æquo animo, & libenti, mala, quæ nos innadunt, aut potius bona amara tribulationum, præsertim vibrata linguis censorum aculeatis, bonam opinionem de nobis, famam & honorem lædentibus, his excitamentis iuuabimur:

Primum Excitamentum sit, quòd tolerando linguarum vulnera, eo modo, quem infra explicabo, iusti liberantur à peccatis, quoad culpam, & quoad pœnam, dignique redduntur, ut ad cælum sine pœnis Purgatorij admittantur, idque ad magnam gloriam. Idcirco pudicè quoque conuersantem Dominus nunc ex tribulationum & agritudinum flagello castigat, inquit S. Gaudentius Episcopus Brixie, ne in illo sordium aliquid futurus ignis inueniat. Sed ut per exiguas plagas breuissimi temporis, ab omnibus purgatus maculis, securior ad aternam migrare patriam mereatur. Nam si de tribulatione in genere Spiritus sanctus dicit: Pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata; Et apud Tobiam sic loquitur Sara ad Dominum, edocta patientiæ vim: In tempore tribulationum peccata dimittis his, qui inuocant te; multò magis id præstat illud tribulationum genus, quòd maxime lentimus, quòd magis, quàm mortem dete-

peculiati Dei providentiâ factum. Quia, inquit, sine minimis peccatis. Tacob esse non potuit, volens Deus ipsa parva peccata in hoc seculo, tribulationis igne consumere. implet in eo quod ipse per Spiritum sanctum dixit: Kasa figuli probat fornax. Et homines iustos tentatio tribulationis. Et ergo sanctum Iacob, Deus voster vult aurum purgatum, in futuro iudicio presentaret. prius in illo omnes maculas abstersit, ut in eo ignis ille arborer, quod exureret, invenire non posset. Pulchrè hanc animam purgationem à peccatis per tribulationes declaravit Beatissima V. Maria S. Brigittæ: Deus, inquit, est sicut optima lotrix, que pannum immundum ponens inter procellos, ut emotione aque fiat purior, et candidior, diligenter caute, et cum viderit, ne pannus submergatur. Sic Deus ponit in presenti amicis suos inter procellos paupertatis, et tribulationis, quibus ad eternam vitam purgantur: cum stodiens eos diligenter, ne vel nimia tristitia, vel tribulatione intolerabili demergantur.

Confirmatur hæc doctrina decreto Concilij Tridentini, quod statuit, pro peccato quoad poenam temporalem satisfieri, etiam poenis à Deo inflatis, et patienter toleratis. Maximè autem poenæ sunt hæc linguarum tribulationes. Itus calumnia, inquit S. Athanasius, grauius quam lapsus des ferunt. Est enim calumnia, seu, ut loquitur Spiritus sanctus, Homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium, iaculum et gladius, et sagitta acuta. Quod illustrari potest doctrinâ à Deo traditâ S. Catharina, Senentis: oportet regi iniurias quam plurimas tribulationes, et improperias perbis et operibus usque ad mortem propter gloriam et laudem nominis sui nullifariè sustinere. Ergo tolerare eum patientiâ, et doloribus offeraturum, ac amore virtutum, propter meam gloriam et honorem. Sic enim agendo satisfiet pro culpis intantum, quod poena, quas ita tolerabit, vera caritatis virtute sufficiant in vobis et in aliis, ad satisfaciendum, atque premiamdum. In vobis quippe habetis fructum vitalem, extinguitis vestrarum ignorantis macularum, et ego tradam oblivioni cuncta delicta vestra. In aliis vero satisfactionem propter vestra caritatis affectum, et illis donabo liberè, secundum dispositionem, quam in se recipientes et acceptabunt. Merito ergo V. Beda, Sciendum est, inquit, quosdam esse sanctos, ut testatur Evangelium, qui non veniunt in iudicium, sed transiunt de morte ad vitam: quia etsi aliquas stipulas, id est, parva peccata, superadificiant, ideo tamen lenia sunt, quod ignis tribulationis quem patiuntur hic, vel etiam poena mortis, poenitas ea exurit: et hi tales, quia nihil in eis ignis sui invenit, statim dum à corpore separantur, transiunt ad vitam eternam. Mortuus est Roma, in eo tempore, vir sanctus et doctus P. F. Angelus de Paz Ordinis Minorum de observantiâ, in monasterio S. Petri in Monte aureo: post eius mortem cum Exorcista quidam, à diabolo (qui honestam matronam, Medici Nicolai Galliani uxorem, obsederat) percontaretur, ubi nam esset anima F. Angelii: respondit esse in caelo, et non attigisse Purgatorium, eò quod multa passus sit

à suis Fratribus. Et verum est, incredibilia passum, et in Hispaniâ, et Roma, uti audiui à Lectore quodam Theologie in dicto monasterio, dum ipse corpus à totâ Româ honoratum, pro sepultura expositum visitarem. Sed certius, h. 31. in est exemplum, quod refert S. Gregorius de Etrang. quodam Stephano, qui eos sibi præceteris credebatur amicis, qui sibi molestiam aliquam irrogassent, et gratias pro contumeliis agebat; damna sibi illata, lucra maxima existimabat; aduersarios omnes in adiutoribus et benefactoribus numerabat. Huic morienti Angeli multi visi sunt adfuisse, qui eius animam in caelum rectè deferrent: et ipse S. Gregorius eum inter Martyres sanctos ob eius patientiam, exitium numerate non dubitavit. Quo exemplo, Cardinalis Bellarminus vocatur ad commendandam patientiam.

Merito ergo sanctus ille Senex, apud Rufinum Aquileiensem, vexatus à quodam Fratre, qui ei panem necessarium ad victum et cellâ furabatur, et ideo famem patiebatur, cum morti esset proximus, et circumdassent eum Fratres, ardens eum Fratrem, qui solebat ei furari panem suum, dicit ei: Accede huc ad me, Frater, et apprehendis manum eius, et osculatus est, dicens: Gratias ago manibus istis, Frater, quia per eas arbitror me intrare in regnum celorum. Quanto magis autem celum appetit lingue iacula, quibus fama transfigitur, et ea patienti animo pro Deo libenter tolerantur. Quocirca Abbas Theodorus apud Cassianum, Persecutiones, inquit, et iniuria, que mala esse totius vulgi opinione censentur, quam sint vitales, et necessitates, hoc liquido comprobatur, quod sancti viri non solum eas nunquam vitare voluerunt, verum etiam virtute summa, vel appetentes vel fortiter tolerantes, amici Dei effecti, eterna vite sine stipendia consecuti. B. Apostolo concinente: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor tunc potens sum, quia virtus in infirmitate perficitur.

Quando S. Pachomius à suo monasterio vidit cadaver Fratris mortui, qui vitam negligenter traduxerat splendidis vestibus indutum, et ferri ad sepulturam, præcepit eas auferri, et exuri, eumque sine psalmodiâ sepeliri. Quam eum ei adhiberi peterent propinqui defuncti, et Fratres domestici: Vos, inquit, maiores illi dolores per hunc honorem, quam putatis, acquiritis: ego autem, quantumcumque requiem ei, vel satisfactionem per hanc iniuriam præparo. Si ergo iniuria, quam cadaver illud sentit, attulit leuamen Purgatorij, Fratri negligenti, quanto magis adferet nobis, qui bene sentiamus iniurias linguarum, vel falsè nos acculantibus coram Superioribus, vel coram aequalibus detrahentium nobis, ad est, nostro ingenio, doctrinâ, prudentiâ, probitati, et non tantum dicta et facta nostra, sed quandoque intentiones, soli Deo noras, carpentium et

l. 3. Reu. cap. 30.

scil. 14. cau. 23.

Prou. 25. 18.

cap. 4. dialog.

in Pf. 37. vers. 1.

1. de 7. verbis. c. 10. in

1. 1. Vi. PP. n. 74.

Coll. 6. cap. 9.

2. Cor. 11.

1. 3. n. 24.

c. 39. tit.

h. 67. pop.

h. 67. temp.

vt donarent sibi iniurias, sicut & Deus in Christo donauit nobis, subdit: *Esote ergo imitatores Dei, sicut filij carissimi*: ostendens, hac re homines per mansuetudinis & patientiæ Diuinæ imitationem, ad eod similes fieri Deo, vt euadant filij eius, qui suo patri dissimiles sunt in natura. Causæ autem cur tribulationes concilient homini similitudinem cum Deo, id est, perfectionem, sunt hæc:

Prima causa. Quia tollunt impedimenta perfectionis, & Diuinæ similitudinis, id est, peccata, vt supra dictum est: illis autem sublati anima redditur aptissimum vas, ad virtutes recipiendas, & dona Dei, in quibus perfectio consistit, & quæ faciunt hominem similem Deo, vt dicunt SS. Augustinus, Ambrosius, Basilus, Hieronymus, Chrysostomus, Damascenus, Bernardus. Ideo Christus Dominus intimæ amicæ suæ B. Baptistæ Veranæ Ordinis S. Francisci, inter alias præclaras doctrinas, & modos ferendæ crucis, hanc quoque tradidit: *Cognosce te esse magis obligatum illi, qui tibi malum fecit, quam ei qui bonum: illa enim persone sunt, quæ purgāt animam tuam, & pulchram faciunt, gratiosam, & acceptam in conspectu meo.*

Agnouerunt hoc etiam Ethnici sapientiores. Hinc Simplicius explicans ca. 13 Enchiridij Epicteti dicentis, Dei scopum esse, in calamitatibus immitendis, abstersionem macularum nostrarum, & morborum nostrorum medellam, hæc addit: *Si corporum medicinam exercentem, vrentem, incendientem, membra rescantem, & planè seuos carnisces imitantem, malum non dicimus, sed bonum: si medicus, cum gratiam habemus, tum mercedem numeramus, cur in medicinâ Dei non conquiscentes: neque enim iracundè, neque vindictæ cupiditate, nec prius meriti, nec nocendi causa, quicquam horum facit Deus, sed instar Medici, & Curatoris, & Parentis, ad nostram maximam vtilitatem. & (quò vno verbo rem complecti totam liceat) pro sua bonitate Diuinâ. Multiformis autem est Dei medicina: vt quæ alios morbu, inopiâ, ignominia, alios pestilentia, fame, terra motu, inundatione, naufragio, bello, alios penis humanis infligitur medicetur. Nec verò mala hæc sunt, sed bona, siquidem medicari bonum est.*

Secunda causa. Quia, vt ait S. P. N. Ignatius, *Quandò aliquis se arcibus Deo adstrinxerit & liberaliorem erga summam Maiestatem se præstiterit, tantò eum in se liberaliorem etiam experietur, & ipse idoneus in dies magis erit ad gratias & dona spiritualia vberiora recipienda.* Fundatur hoc S. P. Ignatij dictum in Christi pronisso: *In quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Ad quæ verba à S. Marco additum est: *Et adicietur vobis.* Et S. Lucas, siue de fructu beneficiorum hominibus collatorum, siue vniuersaliter loquens ait: *Date & dabitur vobis: mensuram bonam & confertam, & coagulatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum: Atqui nullâ re possumus erga Deum maiorem liberalitatem &*

amorem ostendere, quam ex amore eius, patientiò iacturam bonæ opinionis, famæ & honoris: tum quia difficilius est hoc, (vnde multi malunt pati iacturam vitæ, quam boni nominis) tum quia, vt supra vidimus ex S. Thoma, *inter bona externa maximum est honor; quo in rebus humanis & corporalibus nihil potest esse maius.* Donando ergo hoc Deo, quod maximum habemus, ille, qui se non sinit vinci à nobis, donat nobis ea, quæ maxima sunt, id est, vt simus ei similes perfectione virtutum & gratiarum. Merito ergo S. Chrysostomus, *Hoc, inquit, precipue mirandum est, non modò nihil omnino ledunt, qui talibus insidias machinantur, sed eos etiam faciunt oppugnatione meliores. Semper lignum crucis, inquit S. Bernardus, vitam germinat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est syluestris arbor, lignum vite est apprehendentibus eam. Arbor fructifera, arbor salutifera est.* Experientur id omnes proflus, qui hac ratione suam erga Deum ostendunt liberalitatem. Quorum è numero erat Apostolus, qui de se ita scribit: *Li- venter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Cum enim infirmor, tunc potens sum, id est, virtute. Cur infirmitati non sanitatem, sed potentiam opponit? Respondet Primasius: Quia maxima potentia est infirmari. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Cur? respondet S. Cyrillus Hierosolymitanus, *Gloriatio Ecclesie Catholice, est omnis Christi actio: gloriatio verò gloriationum, est crux: id est, tribulationes, de quibus ibi Paulus loquitur; quia adferunt omnia bona virtutum, quæ sola sunt veræ materia gloria. Hinc de iisdem crucibus, tanquam de adherentibus secum omnem plenitudinem gratiarum loquens S. Petrus: Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis (in Græco non est, eritis, sed tantum Beati. At Tertullianus aduersus Gnosticos & Cyprianus legunt: Beati estis.) quoniam quod est honoris & gloria, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescit.*

En quomodo tribulationes afferunt quicquid est virtutis Dei, & ipsum Spiritum Christi, fontem omnis perfectionis. Pulchre ergo P. Balthasar Alvarez (vti scribitur in eius vitâ) accusatus apud P. Euerardum Generalem, quasi modum orandi sequeretur malum, cum hoc P. Visitator inquireret ex Commissionem P. Generalis, ita se animabat: *Si cupidus sumptuum, in suâ vineâ colendâ multas pecunias, & tempus expendisset, & post magna indiciâ copiosi fructus, videret eam grandine confringi ac destrui; quid is animo sentiret? Quod si grandines ille aureæ essent, quantam acciperet consolationem! multò siquidem maius illi esset lucrum, quam iactura vineæ. Aurei sunt lapides, valdeq, pretiosi contemptus: vehementer locupletant eos, qui nouerunt esse patientes. Sic S. Zeno Veronenfis lapides Pauli, grandinem felicem appellat. Clamat de profundis,*

C. 4. 1.

59.

Auguist.

1. cont.

Admant.

cap. 5.

Ambros.

dign. c. 6.

hum. c. 2.

& 3. Et l.

de fugâ

secuti c. 4.

Basil. 10.

hexam.

Hier. in

ca. 18 Eze-

chiel.

Chryl. h.

9. in Gen.

Dam. l. 2.

61. c. 12.

Ber. f. 1. de

Annuo.

4. par.

Chron. 5.

Franc.

to. 1. 1. 7.

60. 2. 4.

61.

3. p. C. 6. l.

C. 1. 5. 12.

Mat. 7. 2.

Mat. 4.

24.

Luc. 6.

38.

62.

h. 2. r. in

Math.

f. 1. de S.

Andr.

2. Cor. 12.

9. 10. 11.

63.

Gal. 6. 1. 4.

Cath. 13.

1. Petr. 4.

14.

T. cap. 12.

C. exhort.

martyr. &

epist. 56.

64.

c. 40. §. 7.

Pag. 473.

f. de Iona.

& Paulus obrutus calamitatis beatis, cum pro nomine Domini latrones in itineribus, latrones in Civitatibus patitur, cum à Judais virgibus ter casus, naufragio irino diluitur, cum insani populi furibunda tempestate lapideis imbribus feliciter grandinat. Unde S. Chrysostomus malos vocat, bonorum agricolae: quia sicut agricolae terram aratris proficindendo fecundant; ita mali bonos linguis lacerantes efficiunt meliores: præbendo eis materiam meritorum. Idem Tertullianus Christianorum nomine prouocat persecutores. Cruciate, inquit, torquere, dammare, & atterite nos: probatio est patientiae iniquitas vestra. Semina non nisi corrupta & dissoluta facundius surgunt. Aliâ similitudine idem ostendit S. Augustinus: in torculari fructuosa pressura est, vna in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde emanat: mittitur in torcular, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vna, sed ista iniuria sterilis non est, imò si nulla iniuria accideret sterilis maneret. Quicumque ergo Sancti pressuram patiuntur, attendant Psalmum in quo Dauid se conculcatum ait ab inimicis, & à multis bellantibus contra eum. Declarauit hoc Deus pulchre per S. Agnetem, quæ apparet S. Brigitæ dixit: Veni filia, & impone tibi coronam factam ex septem lapidibus pretiosis. Quid verò est corona, nisi probatio patientiae, quæ ex tribulationibus constat, & à Deo lapidibus adornatur? Primus igitur lapis corona lappis est, quem apposuit ille tibi, qui contumeliose dixit, se nescire quo spiritu loquebaris, & esse tibi vitium mulierum moro, subtilius filare, quam de Scripturis disputare. Idem sicut lappis acuit visum, & accendit gaudium animi; sic Deus ex tribulatione accendit gaudium in animo, intellectum illuminat ad spiritualia, mortificatq; animam à motibus inordinatis. Secundus lapis est Sapphirus, & hunc apposuit tibi ille, qui fauorabilia loquebatur in facie tuâ, & in dorso detrahebat de te. Sicut igitur Sapphirus est caelestis coloris & seruat membra in sanitate; sic hominum malitia probat iustum, ut fiat caelestis, & seruet membra anime, ne superbia eleuetur. Tertius lapis est Smaragdus, hunc apposuit tibi ille, qui dicebat te dixisse ea quæ nec cogitabas, nec loquebaris. Idem sicut Smaragdus est fragilis ex se, sed tamen pulcher, & viridis: sic mendacium citius annihilatur, sed tamen pulchram facit animam, propter patientiae remunerationem. Quartus lapis margarita. Hunc apposuit tibi ille, qui amicum Dei te presente vituperauit, ex cuius vituperio plus turbabaris, quam de tuo. Idem sicut margarita est alba & pulchra, & alleviat cordis passionem; sic dolor caritatis introducit, Deum in animam, compescitq; passiones iræ & impatientiae. Quintus lapis est, Topazius: hunc apposuit ille tibi, qui amara loquebatur tibi, cui tu à contrario benedixisti. Idem sicut Topazius est aurei coloris, & seruat castitatem & pulchritudinem, sic nihil pulchrius & acceptius est Deo, quam ladentem se diligere, & pro persequentibus orare. Sextus lapis est, Adamas. Hunc apposuit ille tibi, qui fecit tibi corporale damnum, quod patienter tolerasti, & nolusti eum dehonestare. Idem sicut Adamas non frangitur iustionibus, sed sanguine hirci, sic placet Deo hominem obliuisci, & negligere propter Deum damnum corporale, & cogitare semper ea, quæ Deus propter hominem fecit. Septimus lapis est Carbunculus. Hunc apposuit ille tibi, qui falsa annuntiavit tibi, id est, filium tuum Carolum esse mortuum, & patienter tulisti, committens voluntatem tuam Deo. Idem sicut Carbunculus lucet in domo, in annulo est pulcherrimus: sic homo, qui patienter est in amissione alicuius rei carissima sibi, prouocat Deum ad dilectionem sui, & in conspectu Sanctorum lucet, & placet, sicut lapis pretiosus. Idem, filia, sta stabilis, quia pro amplianda coronâ tuâ, adhibe aliqui lapides sunt necessarii. Hæc S. Agnes, vel potius Deus per S. Agnetem dixit pro consolatione omnium eorum, qui cum Christo positi sunt in signum, cui contradicetur, sine iustâ causa.

h. 4. ad pop.

Apolog. cap. 50.

in Pl. 55.

l. 4. Ren. cap. 12. 4.

Idem sentiebat S. P. N. Ignatius de tolerantia aduersitatum, tanquam de fonte perfectionis. Nam, ut de eo scribit Ribadeneyra, Tanti aestimabat persecutiones ac vincula, quibus pro Christo fuerat vexatus, atque constrictus, eoque numero ponebat, ut aperire diceret. Si quæ à Deo creata sunt, omnia alterâ in parte statim collocarentur, in alterâ carcer, catene, probræ; vix illa omnia pro istis momentum vltimum habitura apud se, neque verò creatam vllam naturam posse latitiam talem in animo procreare, quæ equare possit gaudium illud Spiritus sancti, & purissimam alacritatem, quam eorum mentibus infundit Dominus, qui multa, magnaq; pro illius amore perulerunt. Ex quo interrogatus à quodam Patre (à P. Hieronymo Natali) quanam esset compendiosissima ad perfectionem via, respondit: Si multa aduersa, magnaq; pro Christi amore patiatur. Pete hanc gratiam à Deo. Nam cui Dominus hoc tribuit, multum tribuit. Hoc enim vno beneficio, multa, magnaq; eius continentur beneficia &c. Quæ verba S. P. N. Ignatium dixisse cum lacrymis P. Natali, ipse P. Natalis narrauit Paulo Cicero, & hic mihi.

Merito ergo dicebat noster P. Balthasar Aluarez: Cui Deus oculos aperuit, ad discernendum quantum bonum in ipso habeat, etiam aperit, ut eodem lumine videat, quantum valeant, & estimari debeant, omnia pernalta & aduersa, & agnoscat ea esse instar velocium postarum, quibus ingenia spacia, quæ inter animas & ipsam inieriacent velocissimè percurrunt; & eum qui dicat esse impedimentum ac progressum retardare, iniuriâ afficere Diuinam potentiam. Si quis enim proficere cupit, eiq; placere, quoniam merito eum debet plus, quam se ipsum amare, merito etiam occasiones amabit, in quibus ei placere possit. Quæ occasiones cum sint euentus illi, quos cæcus mundus, infelicitates, infortunia, & onera appellat, & ipse talia non iudicabit, sed Dei studia fauores in se reputabit, & quidem ed maiores, quod illa grauiora erunt. Atque ita iure optimo S. Macarius, Christianorum gloriam & splendorem & diuitias caelestes esse ineffabiles, & laboribus atque sudoribus, tentationibus & certaminibus permulsi comparari, idq; totum à gratiâ Diuinâ proficisci. Tunc, inquit idem, opus gratiæ apud hominem perfectum constat, quando eius libera voluntas per multiplicem

Exo.

1. 10.

cap. 2.

7.

Colo.

14.

1. 2. 9.

18. 4. a.

& c. 1.

perfe.

ne vit.

spiritu.

lis.

f. de b.

partit.

1. Cor.

4.

7.

Luc. 2.

19.

10. 1.

1. 10. 1.

cap. 2.

hom.

in Ge.

1. 10.

1. 10.

cap. 2.

67.

hom. 9.

1. 10.

1. 10.

1. 10.

1. 10.

1. 10.

1. 10.

68. triplicem tentationem Spiritui sancto placere demonstratur, & ex temporum successu probationem & patientiam patefacit. Cumque id exemplis Sanctorum petitis ex S. Scriptura demonstrasset: concludit sic: *Hæc occasiones ex Scripturis attulimus, ut demonstrarem virtutem gratia Divina, homini collatam & donum S. Spiritus, quod fidelis anima mereatur accipere, multo cum labore, multaque patientia & longanimitate, nec sine tentationibus & probationibus comparari. dum libera voluntas per omnia afflictionum genera probatur.* Cum ergo pati iniurias, iisque exerceri, Dei beneficium sit, & præclarum donum, magnum est hoc sacrificium, offerre Deo iniurias tuas, quas mundi homines fugiunt & abominantur. Sed nos cum Moysè abominationes Ægyptiorum immolemus Domino. Quod S. Gregor. explicans, ait: *Simplicitatem conscientia, quam iniusti quique velut infamam abiectamque, despiciunt, hanc iusti in sacrificium vertunt, & excolentes recti puritatem, atque mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi fatuitatem putant. Suprà autem dixerat, ad simplicitatem conscientie spectare; nullas iniurias contumelias reddere, pro maledicentibus orare, sapienter non resistere, percutienti maxillam, alteram præbere. Quin ipsa caritas, quæ est, vinculum perfectionis, & in quâ essentialiter consistit perfectio vita spiritualis, principaliter in dilectione Dei, secundario in proximi dilectione, ut dicit S. Thomas, à patientiâ foliatur, & in patientiâ fundatur, ut ait S. Cypri. Tolle caritati patientiam, & desolata non durat. Tolle patiendi & tolerandi subtilitatem, & nullus radicibus, ac viribus perferat. Idèd Apostolus ait: *Caritas patiens est.* Et Saluator: *In patientiâ vestrà possidebitis animas vestras.* Tales impetrant à Deo facilius omnes virtutes. *Qui deridetur ab amico, sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum, inquit Iob. Quæ verba explicans S. Gregor. Afflicti animus, ait: sit Deo tanto proximus, quanto est à gratiâ humani favoris alienus, qui dum compunctus sese in precibus accingit, inde intra se supernæ exauditioni iungitur, vnde extra se ab humanâ laude separatur. Anima humiliata, & hostiles persecutiones passa, inquit S. Chryl. cum ab omni odio libera mente tranquillâ est, Dominumque, sedulo invocat, multum sibi supernæ auxilium conciliat. Idèd alibi ait, Orationem Annæ sterilis citius esse exauditam. Quoniã enim æmula eius secunda, opprobria iactarat, asslexerat, maioreque dolorem reddiderat, à dolore vim mouendi maiorem accepit oratio. Deum verd illi conciliauit oratio, atque ut impetraret effecit. Sicque Samuel est partu editus. Enimvero (suprà dixerat) preces ipsas dictavit dolor: quapropter, & confirmata exaudita est, cum illas admodum cordatè scripsisset. Tales quippe sunt, quæ ex animi dolore funduntur, orationes. Nam pro chariâ fuit mens eius, pro calamo lingua, lacryma pro atramento. Quam ob causam ad hunc vsque diem eius supplicatio permansit. Indelebiles quippe sunt eiusmodi literæ, quæ illo tincta fuerint atramento. Et alibi ait, ob preces, Annæ afflicte, eam pueri matrem & patrem appellari posse. Quoniam enim & vir addiderat semen, huius tamen**

deprecatio vim, efficaciamque, semini præbuit, effectusque, ut Samuel a spiculatoribus exordis nasceretur. Nec tantum, qui tribulantur & æquo animo ferunt tribulationes, citius exaudiantur, sed in acquisitis virtutibus securius conseruantur & proficiunt. Extat hac de re præclara doctrina B. V. Mariae, multa in hac vitâ passæ, data S. Brigittæ: *Considera, quod mali vivere permittantur ad bonorum probationem, ut ex eorum moribus exasperati, patientia fructu remunerentur: sicut etiam per exemplum intelligere poteris. Rosa eminus suaviter redoleat, pulchra est visu, leni tactu, & tamen non crescit nisi inter spinas, quæ sunt aspera tactu, deformes visu, nihil boni redolentes. Sic etiam boni & iusti homines, licet lenes sint patientiâ, pulchri moribus, suaves bono exemplo, non tamen proficere, nec probari nisi inter malos. Quandoque etiam spina defendit rosam, ne carpatur ante maturitatem. Sic mali occasio sunt bonis, ne excedant in peccatis: quandoque per eorum malitiam restrainantur, ne immoderata latitâ vel alio peccato dissoluantur. Nunquam etiam vinum bene seruat in bonitate suâ nisi in fase, nec iusti in virtutibus stare, nec proficere possunt, nisi probentur tribulationibus, & iniquorum persecutionibus. Ergo tolera eos, quamdiu Filius meus tolerat eos.*

Tertium excitamentum, quod nos mouebit ad patienter toleranda, quæ patimur, est cogitare, quod peiora mereamur, saltem in Purgatorio. Quâ de re S. Gregorius, *Tunc illarum conuitia bene toleramus, cum in secreto mentis ad mala recurramus: bene quippe videbitur, quod iniuria percutimur, dum conspiciamus, quia peius est, quod mereamur. Est adèd efficax hæc recordatio peccatorum nostrorum, ad sedandos animi nostri impetus, qui exurgunt, dum tribulamur, ut idem S. Gregorius scripserit: *Quasi aqua igni extinguitur, cum exurgente seruore animi, sua cuiusque ad mentem culpa reuocatur. Sic nobis faciendum est dum tribulamur, exemplo Fratrum Ioseph, quia cum essent asperè tractati, & in carcerem coniecti à Ioseph, dicebant: *Merito hæc patimur, quia peccauimus in Fratrem nostrum, videntes angustias anime illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit super nos tribulatio ista. Magnum est hoc lenimentum doloris, penetrare corde, id nos mereri. Dolor flagelli, inquit Gregorius, temperatur, cum culpa cognoscitur, quia tanto quisque ferramentum medici patientius tolerat, quanto magis putridam conspiciat, quod fecit. Peccatum autem, ait S. Chryloltomus, est veluti sanies, pena verd vel tribulatio est sicut ferramentum medici. Intelligat homo, inquit S. Augustinus, Medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non penam ad damnationem: sub medicamento positus vreris, secaris, elamas; non audit Medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem. Et in Pl. 50. alibi, tribulationem vocat, Medici Dei ferramentum. Idèd viri sancti, ut ait S. Gregorius,***

72.
I. l. Reu. cap. 12.
73.
I. 30. mor. cap. 17.
I. 10. mor. cap. 25.
Gen. 42. 21.
I. 10. mor. cap. 9.
74. h. 6. ad pop. in Pl. 17.
Et in Pl. 50. I. 7. mor. cap. 8.
LII 3 quia

cap. 48.

hom. 14. in Acta.

Matth. 5. 47. Ierem. 35.

75. f. de conuers. ad Clericos cap. 30.

relig. hist. cap. 4.

l. 1. vita. cap. 5.

quia mentis sua corruptionis vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu Medici ad sectiones parant. Quin & Epicetus in Enchiridio, homini iniuriã affecto iubet dicere: Si is qui me iniuriã afficit, probè me nosset, plura dixisset. Quod dictum cum reperisset S. Chryostomus, dixit: Admirari est cum stupore qua dixi, atqui imitari oportet. Idem enim, qua ab exteris dicta sunt diximus, non quod non habeamus innumerabilia in Scripturis, sed quod magis hi possum confundere, quoniam & Scriptura nouit ad confusionem loqui. Sicut quando dicit: Nonne & Ethnici hoc faciunt? Propheta autem Ieremias filios Rechab in medium adduxit, paternum mandatum nequaquam preuaricari volentes. Sanè qui penetrat, quàm malum sit peccatum veniale & quantas pœnas mereatur, nihil molestum detrectaret, quia nihil tam molestum ei posset accidere, quo non mereatur grauius quoduis peccatum. Hinc S. Bernardus: Non sunt condigna pœnes huius temporis ad præteritam culpam, que remittitur. Hinc magni Sancti & in se grauissimè puniebant peccata proptia, leuia, & libentissimè pro illis tolerabant omnes linguarum iniurias. Primi est admirandum exemplum, quod scribit de Eusebio Theodoretus. Qui quod oculos conuerterat ad videndum agricolas arantes, dum alter ei assidens Euangeliorum Historias legeret & ei explicaret, hac pœnã oculis affectit: vt neque campum illum vquam aspiceret, neque caelesti pulchritudine, & chori astrorum aspectu frueretur, sed angustissimã viens semitã id est vnus palmi ferente ad Oratorum, extra eam deinceps egressi non est passus. Vt autem ad id traheret quoque aliqua necessitas, cum lumbos zona ferrea ligasset, & grauisimum collare collo imposuisset, alio ferro coniunxit zonam collari, vt hoc modo inclinatus cogereetur continuo ad terram aspiceret, quod continuauit totos quadraginta annos, quibus postea vixit, nunquam se erigens, nunquam caelum aspiciens. Pondera, quàm leue fuit peccatum (si tamen fuit peccatum) & tamen quantoperè tam diu castigatum. Quid ergo merentur maiora nostra? Cùm ergo multis simus digni supplicis, præsertim quæ in Purgatorio infliguntur, lucrum putemus, hæc euadere per tribulationes & iniurias linguarum. Sed etsi Purgatorium non esset, aut illud non mereremur, ob sublata mediis à Christo concessis, omnem culpam, & pœnæ obligationem, adhuc peccata commissa contra infinitam Maiestatem Dei, digna essent hac in nobis per tribulationes vindictã, vt Sancti puri omnino à culpã & obligatione pœnæ ea in se castigant. Vera pœnitentia, inquit B. Aloysius Gonzaga, eouque peringit, vt non solum Dei misericordiam culpas remittentem cognoscat & remittitur sed ad honorem Diuine iustitiæ, vehementissimè cupiat iustas omnium suorum peccatorum pœnas subire. Et quidem hic est animi sensus in virtus in magnã innocentia viuientibus, multo autem magis vigere debet in iis, quorum motes re-

præsentans S. Iacobus ait: In multis offendimus omnes. Quocirca benè monet Seneca: Affecti sumus pœnã succurrat non tantum quid patiamur, sed quid fecerimus. In consilium de vita nostrã mittamur. Si verũ ipsi dicere voluerimus, plura licet nostram affigamur. Si volumus æqui omnes rerum iudices esse, hoc primum nobis suadeamus, neminem nostrum esse sine culpã. Hinc enim maxima indignatio oritur. Nihil peccauit, nihil fecit, imò nihil fateris. Indignamur aliquã admonitione, aut coërcitione castigatos, cum ipso tempore peccemus, cum malefactũ aducimus arrogantiam & contumaciam. Qui isis, qui se proficitur omnibus legibus innocentem?

Quantum excitamentum, quod nos mouere debet ad tolerandã eo quo dicam modo mala, quæ patimur, est Christi exemplum. Christus passus est pro vobis, inquit S. Petrus, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui, vt ait S. Bernardus, triginta & tribus annis super terram visus, & cum hominibus conuersatus, etiam habuit in factu calumniatores, in dictis insultatores, non habens vbi caput suum reclinaret. Hæc autem periculi non tantum, vt peccata nostra aboleret, & pro eis satisfaceret, sed vt exemplum nobis imitandum proponeret. Ipse Dominus Prophetarum & Apostolorum, inquit S. Macarius, nobis præbet exemplum: contumeliis affectus, spineam coronam gestauit in capite, punita quoque, colaphos, & crucem sustinuit. Quapropter si Deus ita est conuersatus super terram tu debet eum imitari. Et S. Chryostomus: Dei Filius pro te mortuus est, tristitiam, pertulit, & agoniam, mortem passus turpissimam, & ante mortem flagella, opprobria, derisiones, atque conuitia, te docens, vt omnia generosè seras. Multum profectò confert, inquit idem, ad incitamentum virtutum, Magistrum luculentum indefinenter aspiceret, nec cedentem. Quocirca quod S. Iudorus Pelusiora S. Chryostomi discipulus, Antonio Diacono scripsit, multa passo à Zolimo Presbytero, idem quibus sibi scriptum putet, si quid ab alio patitur: Etsi Zosimus, qui Presbyteri speciem præfert, petulantiam admodum tyrannicè in te debaschatur; at tu tamen ea quæ à Iudæis aduersus Dominum perpetrata sunt, cum animo tuo perpensens (quo tempore terra quoque ipsa mouebatur & concutiebatur, locum, quod sugeret, querens, vt nè scelus illud perspiceret, quod aduersus Deum quidem suscipiebatur, verum carnem dumtaxat attingebat) fac strenuo ac generoso animo seras. Vide eundem l. 3. ep. 44. Hæc est Christi voluntas, per verba eius nobis declarata multis modis. Vt enim ostenderet rei necessitatem, variis modis inculcauit. Primò, per quatuor Beatitudines: Mansuetudinis, Humilitatis, Misericordiæ (cuius actus est parcere aduersariis) Pacis & Patientiæ in persecutionibus. Secundò, vetando iram internam, verba & facta externa, iniuriosa. Omnium qui irascuntur Fratri suo, reus erit iudicio. Tertio, iniungendo reconciliationem cum inimico. Si offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris quod frater tuus habeat aliquã aduersum te, vade prius reconciliari fratri

fratri tuo. Quarto, concordiam cum aduersario
 suadendo. Esto consentiens aduersario tuo. Quinto,
 annullando poenam talionis, oculo pro oculo,
 dente pro dente. Sexto, amputando lites: Qui vult
 tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere,
 dimitte ei & pallium. Septimo, iubendo amare
 & benefacere inimicos; Diligite inimicos vestros,
 & benefacite his qui oderunt vos. Octauo, confir-
 mando hoc preceptum instructione datâ de
 orando: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
 mittemus debitoribus nostris. Nono, promittendo
 remunerationem: Si remisistis hominibus peccata
 eorum, dimittet & vobis Pater caelestis delicta vestra.
 Decimo, addendo minas: Si non dimiseritis homi-
 nibus, nec Pater vester dimittet vobis. Undecimo,
 principio illo naturæ exposito, id stabiliendo:
 Omnia quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, &
 vos facite illis. Duodecimo, prædicendo cruces:
 Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur ob-
 sequium prestare Deo. Et si me persecuti sunt, & vos
 persequentur. Decimotertio, incitando ad por-
 tandam crucem quotidie: Qui vult venire post me,
 tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Deinde
 Christus nobis suo exemplo commendauit pati-
 entiam in aduersitatibus, siquidem totâ vitâ
 sua omnia genera persecutionum sustinuit. Totâ
 vita Christi, inquit Thomas Kempensis, crux fuit,
 & martyrium. Et alibi ait Christi nomine: Ab hor-
 ta ortus mei, vsque ad exitum in cruce non desuit mihi
 tolerantia doloris. Defectum rerum temporalium ma-
 gnum habui multas querimonias de me frequenter au-
 diui: confusiones, & opprobria benigne sustinui: pro be-
 neficiis ingrati tudinem recepi; pro miraculis blasphe-
 mias: pro doctrinâ reprehensiones. Totus amicus conuer-
 sationis Christi in mundo, ait S. Ambrosius, diuersa-
 rum habuit certamina passionum. Esuriuit, sitiuit, pro
 nobis vapulauit, pro nobis contumeliarum indigna tol-
 lerant. crucem ascendit, mortuus est pro nobis. Et nunc
 quid non patitur quodammodo, tot peccatis
 nostris offensus: Oboli quidam reuera viles, & nu-
 merata faciles sunt, inquit S. Gregorius Nyssenus,
 cum innumeris talentis comparati, aduersum nos deli-
 cta fratrum, si cum nostris aduersum Deum delicto con-
 ferantur. Dignum est tibi, inquit S. Bernardus, &
 multum expedit, compati, commori, conspeli, passo,
 mortuo, & sepulto. Ad hoc enim facta sunt eiusmodi,
 ut his omnibus cõfigureretur & conformetur vita Chri-
 stiani. Qui enim tanquam membrum Christi, dicit se
 in Christo manere, debet, sicut ipse ambulauit, & ipse
 ambulare. Nam propter crucem primum dictum est: Qui
 sunt Iesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum vi-
 tiis & concupiscentiis. Propter sepulturam dictum est:
 Consepulti sumus Christo. Et idem ut validius compun-
 gamur & amplius moueamur, & curramus per om-
 nia, ac voluamus singula contexendo funiculum, con-
 necendo fasciculum, de omnibus & singulis, qua facta
 referuntur de humili Dei Filio, de Summi Patris Vir-
 genito de Redemptore piissimo, de amantissimo Fratre
 nostro Occurrat itaque spiritualiter, & ingerat seip-
 sam Dominus cordibus nostris Christus, productus, &

venditus à Discipulo, à Iudæis tanquam vile mancipiū,
 pretio satis exiguo comparatus, captus, tractus, & liga-
 tus tanquam homo sine adiutorio, scisso etiam verberis
 dorso; vellicatus genis facie spiritus illita, puncto ve-
 ribus capite, saucio latere, terebratis palmis pedibusque
 confosus, & tanquam iugulatori suo alludens, seipsum
 non reluctanter exposuit, & nudum caput, quasi incu-
 dem malleatorum ictibus patienter explicuit, dum pro
 nobis, per huius vite pelagus ad patriam de exilio
 transferendum, rapacibus piratis nulum proprie mortis
 exoluit. Quocirca si stultus, & indoctus appellaberis, re-
 miniscere eorum, inquit S. Basilius, que à Iudæis ia-
 ctata sunt in veram Sapientiam: Samaritanus es, &
 demonium habes. Alapa seu pagillo cesus: exipuit ali-
 quis in faciem: Eadem & Dominus est passus, nec enim
 ab expuentibus, aut cadentibus faciem auerit. Calum-
 niam pateris: & Dominus Tua laceratur vestis: & Do-
 mino quoque vestis per vim extracta, & super eam
 missæ sortes. Nondum condemnatus es, nondum cruci
 affixus, Multa tibi toleranda, ut ad eius imaginem per-
 uenias. Talia & horum similia tibi succurrat mentis
 tua impetum, ac iram compefcant. Similes namque
 praprationes, & animi dispositiones, morsus cordis, &
 impulsus facili delebunt, & animi cogitationes in tra-
 quillum statum deducunt. Sic S. Tetesia, commen-
 dans & explicans usum orationis mentalis; Si
 quâ, inquit, arumna, aut tristitia opprimaris, intue-
 illum in horio Gethsemani obeuntem, & considera,
 quantam ille tunc tristitiam in corde suo gereret, cum
 ipse qui ipsamet est patientia, suam tristitiam indicet,
 deq; eâ exposulet. Aut respice illam ad columinam li-
 gatum, panis & tormentis vndeque oppletum, &
 toto corpore flagelli frustillatim concisum, idque ex
 vehementi amore, quo te prosequitur. Hic vidit illum a
 his exagitatam, ab aliis consputum, ab amicis abnega-
 tum, & ab isdem derelictum, neminem ut habeat, qui
 ipsius causam agat: frigore rigidum, & ita derelictum
 & solum, ut inuicem intuentes, inuicem solari possitis.
 Denique respice crucem hauriantem, & ita sub eâ ge-
 mementem, ut ne spiritum quidem attrahere permitte-
 retur: respiciet ille te vicissim blandis & benignis oculis,
 sed lacrymis oppletis, & suorum ipse tormentorum
 obliuiscetur, quod te in tuis arumnis soletur. Tantum-
 modò ipsum adeas, tuam ab ipso consolationem mutua-
 turâ, & caput tuum, quo illum aspicias, versus illum
 inclines. Similia proflus consilia ipse Christus
 Dominus dedit S. Gertrudi. Deinde etsi nullum
 esset præmium pro aduersitatibus æquo animo
 & hilari toleratis; Non minor est gloria, inquit B.
 Laurentius Iustinianus, Christi passionibus conformari, quàm sit cumulus beatitudinis eorum, qui mundi
 persecutiones pro Christo percipiunt. Idque probat
 illis S. Petri verbis: Communicantes Christi passio-
 nibus gaudete, ut in reuelatione glorie eius gaudeatis
 exultantes. Et, si exprobramini pro nomine Christi,
 beati estis, quoniam, quod est honoris, glorie & virtutis
 Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescit. Vtrius-
 que latitæ ingens est causa. & persecutionem pati pro
 Christo & conformari Christo. De persecutione qui-
 dem merces, & de conformitate pronem honor. Et

1. c. 1. a. d. c. n. a. p. 17. Luc. 6. Math. 5. Math. 9. Math. 9. Marc. 11. Marc. 11. Ioan. 16. 78. 1. c. 1. a. num. 7. 1. c. 1. b. num. 1. l. de infl. Virginis cap. 17. l. in Orat. in Remit. te nob. dec. no. fet. 1. de com. Do.

h. de iud. l. in. pet. cap. 26. l. de 42. infra. diu. piet. Fac. am. cap. 11. l. Petri. 4.

79.

S. Basil. Coust. Mō c. 21. Chrylost. h. 69. in Matth. Stud. ser. 114. Cass. Col. 18 c. 7. fin. Cass. l. 3. cap. 15. l. 2. c. 16.

subdit. Se propter Christum voluit transformare in singulos. ut caritatis compagine singulos reformaret in se conformaretq; sibi. Fecit se sicut te, ut te faceret sicut se. Quamquam dum libenter toleramus persecutiones & aduersitates, quodammodo cum Christo eius cruci affigimur, & hanc potissimum ob causam Religiosos Sancti PP. vocant Crucifixos, S. Basilius, S. Chrylostom. S. Theodorus Studita, & alij. Hinc Christus apud Cæsariam ostendit per visum cuidam Cisterciensi Laico 15. Monachos cum Christo crucifixos, dicens: Hi sicut ex omni congregatione mecum crucifixi sunt, mea Passioni vitam conformantes suam. Sed pauci sunt tales. Ideo noster P. Petrus Faber, ut in eius Vita scribit Orlandinits, magis alienis angoribus angebatur, & dolentibus condolebat, quod bonum sui mali, pauci perpenderent, nec calamitatem sentirent à Deo esse inuectam, boni sui causa. Totani autem ingentium fraudem, atque metum in eo solo versari, quod Christi sortem reformidant ac pauent, veritas, ne statum illum, quem in cruce sortitus est ille, sortiamur & ipsi, aut certe, ne latronis boni, aut Beata Dei Parentis, aut Ioannis Euangelista similes fiam. Omnes enim omnium timores, angoresq; inde existere, quod nolint, vel sibi, vel suis quippiam euenire aduersi, siue iure, siue iniuria. Qui recusant calamitates, quas commertis sunt, qui quas se meritos non arbitrantur, Christi Domini conditionem refugere. Qui vero non sunt, sed vel amicorum doloribus, vel propinquorum miserere anguntur, eos Ioannis & Mariæ sortem horrere. Verumtamen, qua est cecitas mortalium, illud possimum vitari omnibus modis, ne quando ad statum redigantur similem, ad quem Christus in cruce redactus est. Itaque ad consolationem hac consideranda monebat, & illam ante oculos habendam Caluarij speciem: in qua Christus & latro bonus, è cruce pendentes, Mater autem Sanctissima, & dilectus Discipulus prope Crucem stantes, asidue spectarentur. Atque ita Christus Dominus dans modum pie viuendi & proficiendi in virtute, inter alia dixit S. Brigittæ, ut habeat humilitatem in... iorem & exteriorem.

80. Quod si despiciatur ab hominibus, recurat statim ad mentem suam, cogitando, quomodo ego Deus contempus & despectus patienter tolerabam; quomodo indignatus obmutui; quomodo flagellatus & spinis coronatus non murmurabam. Et alibi ait: Ego non poteram secundum iustitiam ordinariam ingredi in gloriam Maiestatis absque tribulatione cum humanitate mea. Quomodo ergo ipsi intrabunt? Si Dominus eorum patiebatur, non mirum, si & ipsi patientur. Si Dominus ipsorum sustinuit verbera, non magnum, si ipsi sustinebant verba &c. Quamquam si saltem verba sustinuerint censoria & detraetoria, magnum Dei beneficium est; ob similitudinem, quam assequuntur, qui ea sustinent cum Christo, contumeliis, conuitiis, calumniis, exagitato. Declarat hoc Christus Dominus B. Baptistæ Veranæ: Gratias inquit, age ex corde Deo pro pœniis, quas tibi pro sua benignitate preparauit, & doleas amare de in quas tibi non preparauit, ob tuam ingratitude[m] &

exiguum spiritum, & scias, tantam esse eius caritatem, ut vellet tibi dare omnia mala, ut habeat tibi dandi occasionem omnia bona. Cognito, & gratias age Deo, quod non merearis, ut tibi faciat tantum bonum, facere te conformem tibi per viam passionem. Quia hac est vestis nuptialis, qua ego verus Sponsus tuus semper vestitus. Scias etiam post bonam voluntatem, hanc esse rem pretiosorem, qua tibi à Deo dari possit, mala pati. Quod si fugies omne bonum, quia electio quam ego feci, tantum ex caritate, & amore patiendi, placuit in agnoperè Patri meo. Et ita opus est, ut & tu idem facias. Si vis similis esse mihi, ut sis accepta Patri meo. Hac quoque ratione excitauit Christus Dominus S. Gertrudem ad toleranda aduersa: Singula detrahentia verba, sume tibi loco virtutum (quibus dixerat Domino se carere) quibus exornata peruenies ad me: & ego compatiens pietate meâ compulsius, benigne suscipiam te. Et quando plus conuersatio tua sine culpâ reprobandur, eò amplius cor meum amatoris blanditate tibi condescendat, quia per hoc efficietis mihi similis, qui in operibus meis semper habui peruersores. Malus miles est, inquit Seneca, qui imperatorem genens sequitur. Sponsus anime Christus, inquit S. Bernardus, non putat quicquam persuasibilis fore ad inuendum certam, quam si se ipsum certant, aut exemplum proponat aut premium. Vtrumque fortiter prouocat, ac vehementer accendit. Tu doces manus meas ad pralium, exemplo virtutis tue: tu caput meum post victoriam, tua coronam presentia Maiestatis, siue quia pugnantem te spectro siue quia te expecto, non solum coronantem, sed & coronam: in viroque mirabiliter tibi me allicis, utique sumis violentissimus ad trahendum. Ideo, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Inuictus fidelis & deuotus homo, his grauiora se sustinuisse pro se, & hac contemplatione edoctus, hoc amoris fulgore irradiatus, se totum exponit pro te; indignum mihi arbitram fore, ut foreat in seculo seruus. Domino Crucifixo, Patiamur ergo alacri animo, quæ Christus imperator noster, nostri causa est passus, & necti nostræ benè impressa habeamus illa verba, quæ Christi nomine, ex Christi sensu habet Thomas Kempensis: Fili, ego descendi de celo pro tua salute, suscepi tuas miseras, non necessitate, sed caritate trahente, ut patientiam disceres & temporales miseras non indignanter ferres. Nam ab hora ortus mei vsque ad exitum in cruce, non desui mihi tolerantia doloris. Defectum rerum temporalium magnum habui, multas querimonias de me semper audiui. Confusiones & opprobria benigne sustinui; pro beneficio ingratitudinem accepi, pro miraculis blasphemias, pro doctrinâ reprehensiones. Nolumus ergo esse discipuli & serui super Magistrum, & Dominum nostrum: & tunc tantum conueneramus, si plura & grauiora (quod nunquam contingere poterit) quam Christus sit passus, nos inuaserint.

In Chronicis Minorum scribitur de quodam dimitte, honorato, & in deliciis educato, cum Ordinem Minorum esset ingressus; & Ordinis

81.

4. par. Chron. S. Franc. l. 7. c. 24.

asperitate probata, eam ferre non valens, redire ad sæculum velle, ante imaginem Crucifixi oranti apparuisse Christum, & eius Matrem, interrogasseque eum cur exire vellet: illi verò asperitatem Ordinis esse dicenti, Dominus leuans brachium dextrum, ostendit vulnus lateris sanguinem stillans, & ait illi: Extende brachium, & mitte hoc manum, & vnge eam lateris mei cruce: & quando mentem subibat aliqua austeritas, vel rigor, riga ea hoc sanguine, & quantumcunque difficile fuerit, facile & suauis fiet. Quod Nouitius ille exequens quacunque tentatione adueniente, recordabatur Christi passionis, & statim omnia in magnam dulcedinem vertebantur. Quod ergo Nouitio illi victus & vestitus & habitationis asperitatem dulce reddebat, hoc alias crucis molestias, Christi plura passi exemplum, reddere debet iucundissimas & desiderabiles.

l. de im. c. i. m. 4.
 Quocirca bene monet Thomas à Kempis: Si ad vulnera & pretiosa stigmata Iesu deuotè confugis, magnam in tribulatione confortationem senties, nec multum curabis hominum despectiones. facillèq; verba detrahentia perferres. Christus fuit etiam in mundo ab hominibus despectus, & in maximâ necessitate à nobis & amicis inter opprobria derelictus. Christus patitur voluit, & despicitur, & tu audes de aliquo conqueri? Christus habuit aduersarios, & oblocutores, & tu vis omnes habere amicos & benefactores? Vnde coronabitur patientia tua, si nihil aduersitatis occurrerit?

Iria. perf. cap. 16.
 Concludam hoc punctum consideratione S. Teresie, quam habet in itinere perfectionis: Video, inquit, Domine, omne nostrum damnum ex eo provenire, quòd oculos in te non coniciamus. Si enim nihil aspiceremus, per quam viam statim eò pertingeremus, sed quòd oculos in veram viam non coniciamus, hinc milites cadimus & cespitamus, & à viâ erramus. Ad eò quidem nobis ea videtur noua, nunquam vtrita & conculcata esse videatur. Deplorandum sanè, & miserum est videre, quòd interdum circa hoc contingit. Ideò dico, videri nos nec Christianos esse, nec vnquam in viâ Passionem Dominicam legisse. Si quando enim vel minima occasio incidit, à qua periculum sit, vt minoris, quam libeat nobis, ab aliquo fiamus, nec vnquam id posse ferre videamur. Nam statim dicunt: Non sumus Sancti. Non sinat Deus, carissima, si quando aliquid imperfecti commiserimus, dicamus, non sumus Angeli, non sumus Sancte. Cogitate, quamuis Sancte non simus, possemus tamen esse, si admittamur, Deo auxiliarem manum ex parte suâ apponente & nos iuuante.

82.
 Quantum excitementum quod nos mouete debet ad libenter patiendum aduersa, est magna consolationis argumentum, quod S. Catharina, Deo reuelante, didicit, talem patientiam esse signum Dei in animâ per gratiam inhabitantis. Nam capite 10. Dialogorum suorum, quos cum Patre æterno habuit, & quorum doctrinâ ei Deo reuelante fuerunt traditæ (teste Pio II. Bullâ Canonizationis, & Urbano VIII.

in Lectionibus Diuini Officij à se approbatis) in hoc, inquam, capite sic Deus dixit: *Arboris medulla, videlicet affectus vere caritatis, existens in animâ, est inuicta patientia. Quæ signum est euidentis, ac aperitissimè demonstrans, animam in me consistere pariter, & in eâ me per gratiam esse.* Iterum Deus ei dixit: *Vt fructus noster quotidie crescat, ego prouidebo, purgo vos cum variis tribulationibus, iniuriis, derisionibus, infamiis, contumeliis & impropriis, in dictis & factis, fame atque siti, sicut mea bonitati concedere placet vnique, prout video portare posse. Quia tribulatio signum est aperte demonstratum, quòd in animâ caritas est omnino perfecta, si cum dulci patientiâ tolleretur.* O magna est valde tribulatum iniquè felicitas! Quando Deus dat alicui, vt mortuus suscipiat, inquit S. Chrysostomus, minus dat, quam cum dat donum patiendi. Pro miraculo enim debitor sum Deo: at pro patientiâ debitorem habeo Christum. O rem admirandam! & donat mihi, & super hoc, ipse debet mihi. Quocirca mirum non est, quendam senem in Vitis Patrum, interrogatum à quodam Fratre, vt diceret vnâ rem, quam custodiret & viueret per eam, respondisse: Si contumeliam pati potueris & sustinere, magnum est hoc, & super omnes virtutes & mandata. Merito ergo S. Teresia dicebat, teste Ribera in eius vita, & vt ipsamet scribit in vitâ suâ, & in itinere perfectionis: *Quod maius signum voluit homines Diuini erga se amoris, quàm si fiant participes sue crucis?* Et ita Sanctus ille Magister spiritus & Confessarius S. Teresie, noster P. Alvarez, cum valde fuisset & in Hispaniâ & Romæ infamatus, & quidam ei retulisset, quæ de eo dicebantur subristi, editis singulari latitâ indiciis. Quod aduertens ille, qui illa referebat, interrogauit, cur ipse adeò exultaret: Cui ille cum singulari latitâ respondit: *Quia nunc video, Deum mihi bene velle, quoniam per amicorum suorum viam me deducit. Nam diu sollicitus fui, quòd videretur mei Dominus oblitus. Erat enim è numero perfectorum illorum, quos ita describit Deus Pater commendatis coram S. Catharina Senensi: Anxio desiderio currunt induti Iesum Christum Crucifixum, & gloriantur in suis opprobriis atque pœnis: & tantò magis gloriantur, quantò grauiora se tolerare viderint: immò sustinendo multas tribulationes, vndeunque proveniant, ipsi percipiunt inde refrigerium in desiderio mortis. Et aliquando ex desiderio & affectu sustinendi pœnas, aliquo modo mitigatur illa pœna desiderij, quam habent à corpore solui. Isti tolerando pœnas, habent inde consolationem: quando verò non habent aliquam pœnam ad tolerandum, habent amaritudinem, dubitantes atque timentes, ne fortè pro bono quòd operantur, velim in presente vitâ premiari, vel quòd eorum operatio non sit mihi accepta. Sed eos permittendo tribulari, valde læsantur se restitui pœnis & opprobriis Iesu Christi crucifixi. Vnde si possibile foret eis, habere virtutem absque laboriosa pœnâ, non acceptarent. Potius enim eligunt in cruce cum Iesu Christo delectari, & cum pœnâ virtutem acquirere, quam alio modo vitam æternam habere. Huc referenda est illa S. Gregorij Papæ consolatio: In*

tanto, inquit, existimet se Deo placuisse quis omnipotenti, quando se peruersis hominibus displicuisse cognoscit. Quod etiam locum habet, dum quis sine iusta causa à se datâ, etiam bonis displicet, uti supra vidimus, & capite sequenti magis apparebit ex Sanctorum magnorum crucibus, quas etiam à bonis & sanctis viris iisdem impositas, æquo & læto animo portarunt, & hac ratione se multum in virtutibus præsertim Dei amore, profecisse demonstrarunt. Prorsus sublimè volat, inquit S. Bernardus, quisquis ille est, quem non modò

86. f. i. in fe-
sto S. An-
dr.
de interna
const.
c. 5. fia.

87. Sextum excitamentum est, quod nos mouere debet ad patienter toleranda aduersa; quia hac ratione verum amorem, & tot titulis Deo debitum obsequium erga eum demonstramus. Tunc

Idem laude
Martyrij
c. 5. dial.

omne fidei robur expenditur, inquit S. Cyprianus, tunc credulitas comprobatur, cum in sermones vulgi, atque in opprobrium veneris. Docuit hoc Deus Pater S. Catharinam Senensem alloquens: Cogita, Filia, quod amor Diuina caritatis, qui viget in anima, copulatur, & vniitur ad eum perfectâ patientiâ, quod vnum ab alio non valet separari. Quare debet anima eum diligere, atque disponi amare me, similiter eligere amore mei, tolerare penas, vnde cumque proueniant, vel qualitercumque ei concessero, quia patientia probatur solummodo in penis. Ergo virtus corde portate, nam aliter Filij fideles, atque Sponsi meæ veritatis non effectus, nec honoris mei, & animarum salutis in veritate videremini gustatores. Suprà quoque dixerat: Valde mihi gratum est, pro animarum salute, iugiter vsque ad mortis horam labores, & penas, vnde cumque proueniant, vehementer desiderium tolerandi, quia quantum sustinetur amplius, tantò magis dilectionis meæ signum ostenditur. Et ita B. Ioannes Columbinus, ut scribit in eius vitâ Feus Belcarus, dixit quibusdam læminis conuersis à se ad vitam perfectam: Nul- lum signum potestis ostendere Christo maioris amoris, quam patientiam. Amor erga Deum est, sicut calor naturalis, qui cibos omnes digerit. Et sicut debilis stomachi est, inquit Aristoteles, cibum duris- simum non posse concoquere, ita pusillanimitas est, verbum durissimum non posse sustinere.

1. 4. Eth.
cap. 3.

88. Septimum excitamentum: Valde proderit, si cogitemus, Deum velle, ut ab hominibus exagitemur, quibus quasi instrumentis vti- tur ad nos purgandos & præseruandos à multis malis, in quâ florente fortunâ multi prolabantur; & ad ditandos multis meritorum cumulibus per generosam patientiam congregatis. Hoc modo Dauid conuita Semei æquo animo tulit: Dimitte eum, aiebat, ut maledicat; Dominus enim præcepit ei,

2. Reg. 16.
10.

ut malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Sic S. Iob, non tanquam à creaturis, sed à Deo profectas calamitates suas, tranquillâ mente excepit; Dominus dedit, Dominus abstulit. Ad hanc legem, inquit Seneca, animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, & quæcumque fuerint, debuisse fieri putet, nec velit obiurgare naturam. Optimum est pati quod emendare non potest, & Deum, quo auctore omnia proueniunt, sine murmure conitari. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui obliuiscitur, & de ordine mundi malè existimat, & emendare mauult Deos quam se. Sic Epictetus: Et, quod accidit, semper acquiesco. Melius enim est, quod Deus vult, quam quod ego volo. Adsum ei seruus & minister, adeoq; pedissequus, ad eadem contendo, nec alia expecto. Idemq; quod ille, volo, & ego quoque & sentio. Quid à Christiano dici potuit melius? Sic & alter Ethnicus Dio Charidemus: Quæ nobis, inquit, acciderunt, sic facta sunt, ut Deo visum sit. Nihil autem, quod à Deo fiat, durum existimandum, neque grauius ferendum est. Vt & alij sapientes admonent, & maxime Homerus, dicens, non reuerenda esse hominibus Deorum dona. Rectè deorum opera, dona nominans, quod omnia sunt bona, bonis, alicuius gratiâ fiunt.

Si ergo iste fuit Ethnicorum sensus, quantum magis Christi fide imbutis, Diuinae suæ voluntatis, seu dispositionis autoritate omnia aduersa condire, & tanquam mel & fauam expectere, eisque dum accidit, frui debent: præsertim cum sciant verum esse, quod ait Apostolus, momentaneum hoc, & læue tribulationis nostræ in presentibus, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis. De quo munere, inquit S. Macarius, quod consecuti sunt Christiani, hoc rectè quis dicere possit: Nempe si quis ex quo creatus est Adam, ad consummationem vsque mundi, certaret contra Satanam, & perferret afflictiones, magnum nihil perageret, collatione factâ cum gloriâ, quam est adepturus, quia regnaturus est cum Christo per infinita secula. Denique siue homo peccatis onustus sit, & purgatione tribulationum indigeat, siue innocens, aptè accommodari potest ei, dum est afflictus, aureum dictum cuiusdam senis apud Ruffinum, sic ægiotum quemdam recreantis: Si ferrum es, per ignem (tribulationis) ariginem amittis; si vero aurum, per ignem probatus, à magnis ad maiora procedis. Ne anxieris ergo, frater. Si Deus te vult in corpore torqueri, tu qui sis, qui molestè feras, sustine ergo, & roga Deum, ut quæ ipse vult, illa concedat. Et ut monet Thomas à Kempis, Quando ad hoc veneris, quod tribulatio tibi dulcis est, & sapi pro Christo, tunc bene tecum esse aestima: quia inuenisti paradysum in terrâ. Quamdiu pati graue tibi est, & fugere queris, tam diu malè habebis, & sequetur te vbique fuga tribulationis. Hunc pium affectum conformitatis cum Diuina voluntate habuit ille sanctus pauper & mendicus, landatus à nostro Cornelio à Lapide, & à Taulero, quem ibi fusè citat. Fuit, inquit, insignis olim quidam Theologus, qui annis octo

Iob. 1. 21.

cp. 107.

1. 4. cap. 7.

1. Cor. 4.

17.

89.

hom. 15.

90.

Ruff. 1.

num. 177.

Palsi.

6. 10. n. 1.

Rof. v. p.

136. n. 16.

91.

1. 2. de im.

c. 12. n. 11.

92.

1. 1. d. 10.

pag. 174.

cont.

corum moribus vivere studuerit, interdum etiam Iudeorum, ignorans omnino artificiosissimam in illis dispensationem.

1 s. con. Marcion. cap. 3. Tertullianus vero, & alij, inconstantia vitio iure reprehensum esse Petrum dicunt, quod pro personarum qualitate victum variaret, timens eos, qui erant ex circumcisione fideles.

1. 1. de baptif. cont. Donatist. c. 1. & 1. 6. cap. 2. Quin & S. Augustinus, dum exemplo Petri Cyprianum errantem excusat, Petrum in crimen adducit, cum ait: In sanctis Scripturis didicimus, Apostolum Petrum, in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia preeminet, aliter quam veritas postulabat, de circumcisione agere solitum, a posteriore Paulo esse correctum. Et infra: Si potius Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere gentes iudicare, cur non potius Cyprianus contra veritatis regulam, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere hereticos, & Schismaticos denovo baptizari.

I. de med. cap. 30. Et alio in loco, reprehendit in Petro eius studium non rectum imponendi super humeros gentium iugum legis. Et libro de Agone Christiano, eum in superstitiosam prauamque simulationem lapsum esse testatur.

97. S. Dionysius Areopagita S. Pauli Apostoli discipulus, scribit se monitum a Polycarpo, quod Polycarp. parricida appellaretur, eo quod in Gracos impiè vteretur Græcorum sententiis.

S. Epiphanium, Salaminæ Cypri Episcopum, Doctorem Catholicum, Hæresum hostem & oppugnatorem, Anthropomorphitarum heresi contaminatum fuisse censuit Theophylus Alexandria Episcopus Catholicus, valde à S. Hieronymo, eius epistolarum interprete, laudatus, & à S. Epiphanio, magnus Origenistarum & Anthropomorphitarum oppugator, & cuius post obitum inuenta est memoria apud posteros, magna æstimatione tituloque sanctitatis, ut patet ex Epistolis S. Leonis Papæ, & Vitæ SS. Patrum, & Peato Spirituali, & Baronio.

Socr. 1. 6. hist. c. 9. Sozom. 1. 8. c. 14. Niceph. 1. 3. c. 12. Hieron. ep. 70. 78. & ad Hier. Leo ep. 51. & 64. Socr. 1. 6. cap. 13. Bar. An. 401. to. 5. Prat. c. 195. Vit. pp. 1. 3. de cõpua. num. 5. 1. 9. de humil. n. 19. 41. epist. ad Theoph. Alex. to. 3. Bibl.

Eundem Epiphanium, tanquam violatorem Canonum increpauit S. Chrysostrmus, & ex Ecclesiâ, quam Epiphanius erat ingressus, coëgit discedere, minatus illi tumultum populi, nisi abscederet.

S. Chrysostrmus, notæ doctrinæ & sanctitatis Doctor Ecclesiæ, gravissimis calumniis & priuatim & publicè a subditis & ab æqualibus exagritus est. Suspectus fuit S. Hieronymo: grauissimè vexatus est à Theophilo Alexandrino Episcopo, supra commemorato, qui S. Chrysostrmum, adiutus à triginta sex Episcopis, tanquam reum citauit ad Concilium Chalcedone coactum, edicto regio, quod etiam intrahi iubebatur ad iudicium Concilij, accusantibus eum (per supplices libellos, Concilij Patribus porrectos) tum aliis, tum duobus eius Clericis, quos ille, ob scelera patrata ab Ecclesiâ expulerat. Ob quas accusationes S. Chrysostrmus pulsus in exilium fuit non semel, & damnatus à Synodo Constantinopolitana, vincituf-

que in exilium ductus, & in eo mortuus, multaque in exilio grauiæ & indigna passus, quæ ipsemet recenset. Quæ omnia & plura alia fuscè narrat Baronius ex veteribus Ecclesiasticis historiis. Postò inter accusationis contra S. Chrysostrmum institutæ capita plurima, præsertim à Ioanne eius Diacono, tradita Synodo Chalcedonensi, hæc quoque erant, quæ ipsemet recenset. S. Chrysostrmus in Epistola ad Cyriacum, & Photium in sua Bibliothecâ: Quod dignitatis multas Ecclesiæ vendidisset: quod fornicatus esset, quod diceret Clericos nullo honore dignos, corruptos, inutiles, & aliis prætereà contumeliis afficeret, quod S. Epiphanium nugacem & damnosum appellaret, quod aduersus Seuerianum commenta & insidias struxerit, irritans aduersus eum Decanos: Quod librum edidisset aduersus Clerum, plenum syphophantiis & calumniis: Quod neque procedens in Ecclesiâ, neque exiens oraret: Quod reciperet mulieres, solus eum solis agendo, omnes alios euicendo foras: Quod ita Ecclesiæ reditus conuerteret, ut sciret nemo, quem in vltum conuersi sint: Quod solus comederet, balneo vteretur, illud aliis vetans, vitam Cyclopi turpiter ac voluptuosè duceret. Quod pugno percussisset quemdam in Ecclesiâ Apostolorum, & profuente sanguine ex ore percussis, nihilominus Sacrificium obtulisset. In eadem Synodo Acacius, Beræensis Episcopus famâ notissimus, tum ob monasticam antè actam vitam in solitudine Syriæ, tum ob Sacrarum literarum peritiam, dedit libellum aduersus S. Chrysostrmum sedecim capita continens. Inter hæc, fuerit: quod aduersus Ecclesiâ loqueretur: illius altare furiarum plenum appellans; quod gloriaretur aduersus Ecclesiâ, dicens: Amore pereò & infanio; & quod deberet declarare hos loquendi modos, non notos & novos in Ecclesiâ: quod peccatoribus aditum aperiat, reciduos admittendo ad absolutionem, & in eorum curationem promittens, quotiescunque peccassent: quod blasphemè dixerit, Christum oratorem non fuisse exauditum, & non bene orasse. Quod populum seducat, ac fiat seditio aduersus Synodum: Quod alienas Parochias inuadat, & Episcopos ordinet: Quod Clericos inauditis iniuriis affecerit, & contumeliis: Quod alienum depositum vi rapuerit: Quod Origenistas suscipiat, & eos, qui cum Ecclesiâ sunt uniti, & venerunt cum literis commendatiuiis, in carcerem detraxerit, & mortuos in ipso, ne quidem respexerit. Et ipse ad Olympiadem Diaconissam scribit, se in publico tribunali accusationem incidij. Et alibi narrat, quomodo monacho Cæsaream ingresso volebant domum eius incendere, ut inde eum exturbarent. Quas suas persecutiones & quartâ totâ & quintâ epistolâ recenset. Mortuo S. Chrysostrmo, cum nomen eius tanquam Episcopi Catholici & probi,

probi, in Ecclesiasticis tabulis referri cuperet
 Nic. 14. Atticus Episcopus Constantinopolitanus, & id
 cap. 27. ipsum suaderet S. Cyrillo Episcopo Alexandri-
 no. S. Cyrillus vehementer obstitit, & ad Atticu-
 phorus (scilicet per Synodum) quomodo inter E-
 piscopos Laicos, aut inter germanos & legitimos, qui
 talis non est confisset: Nam si parui id facimus & duci-
 mus, non adfert dolorem Apostolorum choro Iudas pro-
 ditor, in eodem cum illis ordine census: Iuda autem no-
 mine in eorum numerum relato; quo deinde Mathias
 nobis loco poneretur: Et quidem perstitisset S. Cy-
 rillus in sententiâ, ni visione Diuinâ admonitus
 & per Epistolam à S. Ilidoro Pelusiotâ S. Chry-
 sostomi discipulo, mutasset opinionem de eo.
 Vnde cogito suo errore; eum in album Epi-
 scoporum Catholicorum, & proborum re-
 tulit.

To. c. 7. S. Cyrillus Alexandrinus à Theodosio Im-
 edit. Pelt. peratore pido, tanquam perturbator habitus, vt
 patet ex eius Epistolâ ad Cyrillum, quæ extat in
 Concilij Ephesini Actis. Quæ autem sic passus
 ab aliis, implet memorat in suis Epistolis, præ-
 ep. 3. 8. 14. fertim Epistolâ octauâ: *Lactant, inquit, voces in me
 insaniâ plenâ: Hic quidem quod cecos egenosq; per ini-
 iuriam oppresserim, alius quod ferrum in Matrem
 strinxerim, nonnulli quod ancilla præsidio aurum alicui
 abstulerim.*

To. 3. c. 1. Idem S. Cyrillus Ephesi abdicatus est Epi-
 scopatu à Synodo 43. Episcoporum, tali formâ
 decreti, quod extat in Actis Concilij Ephesini:
 Cum Cyrillus & Memnon, insignis illius iniquitatis,
 que accidit, auctores extiterint, & vt Ecclesie sanctio-
 nis piâq; piissimorum Augustorum decreta pessunda-
 rentur, occasionem præbuerint, & prædictorum capitu-
 lorum promulgatione se hereticos esse plenissimè si-
 gnificarint; æquum est, vt ipsi quidem exauthorati-
 nis sententiâ plectantur. Reliqui verò (scilicet alij
 Episcopi Catholici, qui S. Cyrillo, Romani
 Pontificis in legitimo Concilio Ephesino vi-
 ces obeunti, adhærebant) qui in ipsorum erro-
 rem adducti sunt, excommunicationis vinculo tan-
 tisper inmodentur, donec proprio tandem delicto agni-
 to, heretica Cyrilli capua anathematizent.

Ada C6c. Item Ioannes Episcopus Antiochenus, S.
 Ephesi Cyrillum, chartis publicè affixis, declarauit
 esse hereticum Apollinaristam, & Sabellia-
 To. 3. c. 3. nismi eum infimulauit. Quin & S. Ilidoro Pe-
 lusiotæ persuaserunt aduersarij S. Cyrilli, vt
 crediderit sat diu, S. Cyrillum, vnam naturam
 tantum in Christo cum Eutychete Hæretico
 1. ep. 323. 324. agnosceret, vt apparet ex Epistolâ S. Ilidori ad
 illum.

ep. 113. Theodoretus Cyri Episcopus vulgare Cy-
 rillum Nestorio adhæsisse: Quod & Iba fecit,
 per Epistolam circulare, per Prouincias mlti-
 sam. Quam ob rem complures, haud inferioris
 ordinis viri, scandalum passi sunt, & ad Cy-
 rillum de his literas scripsere acerbiore. Quæ,
 Bar. 10. f. A. 432. inquit, Baronius, de Cyrillo longè, lateq; in Orien-

talibus Ecclesiis diffamata, plurimorum sanctorum vi-
 rorum animos pulsauerunt, & perturbauerunt in signioris
 fama Monachos Orthodoxos.

Et S. Ilidoro Pelusiotâ reprehendit S. Cy-
 rillum Alexandrinum, quod violentas senten-
 tias ferret, rebus prius non bene examinatis, &
 quod multi ex iis, qui Ephesi coacti erant, eum tra-
 ducerent, vt suas inimicitias persequentem, & vici-
 scentem, ac non ea, qua Iesu Christi sunt, ortho-
 dxè quarentem. Et aliâ in Epistolâ, sic cum aliâ
 de re monet: Ne & ego condemner, & tu Diui-
 nam iudicium subeas, similitates ac dissidia com-
 prime. Ne priuata ac domestica contumelia vltio-
 nem, quâ, tanquam arè quodam alieno, à mortali-
 bus obstrictus es, in viuentem Ecclesiam deriuas, atque
 eternam ipsi diffensionem pietatis specie atque obtentu
 compara.

S. Gregorius Nazianzenus carpebatur à qui-
 busdam Monachis, qui ei delicias & vitæ mol-
 litiem obieiebant ac diuitias, quod incon-
 gruam Monacho vitam ruri duceret. Et eò
 progressi sunt, vt ad altare Dei sacrificantem
 lapidibus appeterint: quod ipsemet in carmine
 quodam & in Epistola ad Theodorum Episco-
 pum Tyanensem refert. Vbi addit afflictum sibi
 ab Aduersariis, quod alienam vxorem expeteris,
 scilicet adulter, vt explicat eius Commentator
 Elias Cretensis. Item calumniâ passus est,
 quasi per literas cum Theodoro Mopsuesteno
 Hæretico communicaret. Eidem offensi erant
 Episcopi Orientis ob defensionem Episcopo-
 rum Occidentalium. Occidentales verò in odiu
 Orientalium, à quibus fuit collocatus in thro-
 no Ecclesie Constantinopolitane, facescuerunt
 ei negotia de Sede illa, tanquam ab eo illegiti-
 mè occupatâ. Et aduersarij sparserunt in vul-
 gus, eum Constantinopolim venisse, incensum
 Episcopatus illius cupiditate, vnde purgare se
 coactus fuit, Oratione 27. cui titulus, De non
 affectatâ Cathedrâ Constantinopolitanâ. Sed
 cum nihil profecisset, & illi exasperarentur ma-
 gis: Episcopatus publicè renunciauit in Synodo,
 & in Cappadociam reuersus est, post triennalē
 in Vrbe Constantinopolitana commorationē.
 Quæ ipse narrat in carmine de vitâ suâ & Ora-
 tione 3. Sed & fides eius Catholica passa est gra-
 ues censuras. Nam, vt ipsemet scribit ad Basilium,
 Multi, inquit, nos, vt circa fidem parum firmos, accu-
 sant: Atque nos alij planè impietatis infimulant, qui
 nos sanam doctrinam à nobis vulgari credunt.

S. Athanasius, quàm multis crucibus oneta-
 tus, & ex eis affixus vixerit, testatur Rufinus: In
 huius, inquit, persecutione, vniuersus coniuuatus orbis,
 & commoti sunt Principes terra, gentes, regna, exerci-
 tus, coierant aduersus eum. Vnde coactus est sex
 annis latere in cisternâ quadam, vt idem scri-
 bit, & Sozomenus. Imò, vt Metaphrastes ait in
 eius Vitâ; ei omnis locus fuga factus est: quia qua-
 rebatur vsque ad eò, vt premia proponerentur iis,
 qui vbiunque terrarum eum inuentum indicassent.

M m m Cui

Clivitates simul omnes movebantur & Principes. Et ita sub Constantino & Constantio, & Iuliano Apostata, & sub Valente Imperatoribus, fugâ sibi consulere debuit, & in sepulchro Patris totos tres menses delitescere. Tandem condemnatus fuit à Concilio Mediolanensi, teste Seuero, & Hilario, & ipso Athanasio in Epistola quadam.

Seu. l. 2.
Hil. ad
Constantium.
Ath. ep.
ad Solit.
Baron.
to. 3. A.
355-356.

Opponebatur autem ei præter hæreticam in fide doctrinam, etiam hæc, quod Constantem Imperatorem concitasset contra Constantium, & quod literas scripsisset ex Alexandria ad Magnentium Tyrannum, quibus eum adversus Constantium provocasset: quod vocatus à Constantio, ad eum venire contempserit: & quod sanctam mentem evertisset, mysticum poculum fregisset; quod comminatus esset se inhibiturum commentum, qui de more Alex. Constantinopolim importabatur. Et quod Philomeno hosti Imperatoris crumenam aurii misisset; ut ipse scribit. His non contenti aduersarii, spargebant, quod Magus esset, & augurandi scientiæ vacaret, ut habet Sozomenus. Imò teste Metaphraste in eius vitâ, adulterij eum accusarunt, adductâ ad Iudicem feminâ, quæ se ab eo corruptam dicebat, eo quod Arsenium Episcopum occidisset. Et quomais agnita esset iniquitas, talia ei affigentium, sparsis tamen libellorum multis exemplaribus, & in totum orbem emissis, vulgarunt mendaciter, in omnibus accusationibus Athanasium esse conuictum. Quamobrè multorum inuidiam, & odia incurrit, malens magis placere Deo, quam hominibus, & humanos fauores non prensans, sed fugiens. Quocircâ præter assiduam fugam, quæ exagritus est, ut hostiis furorî cederet, à Constantino Rege, aliâs literato & pio Principe, decepto à quibusdam Episcopis, Athanasij accusatoribus, exilio multatus est, & in Gallias ad Treuiros abire iussus. Et tandem in Italia 12, vel 13, annis exul vixit, ut scribit Metaphrastes, & S. Epiphanius. Harum autem omnium procellarum causa nulla alia fuit, teste Epiphanius, quam quod Episcopus creatus, vehementi Religionis ardore estuans, ac deplorando Ecclesiæ statu permotus, integritati Ecclesiæ modis omnibus consulere conabatur.

Athan.
apol. 1.
Soz. l. 4.
cap. 5.

Athan.
apol. 2.

ep. Con-
stant. ad
Conciliū
in Tyro.

Metaph.
in vita.
Ep. hæc.
68. 69.

Orat. in
laud. Ba-
sil. & ep.
20 ad Eu-
seb.
Bar. to. 4.
Ann. 362.
363.

S. Basilium Magni, teste S. Gregorio Nazianzeno, eius socio in studiis, & vitæ Instituto, non tantum Eusebium Episcopum Cæsariensem, qui ante eum Ecclesiæ illi præfuerat, sibi aduersantem, & contumeliâ se afficientem habuit, sed & Ecclesiæ partem selectiorem, & sapientiorem, id est monachos, & alumnos Basilij, maximâ intentione incumbentes, contra Basilium, quem credebant suspectum esse in fide, seu, ut scribit S. Athanasius, in negotio veritatis: quæ res coegit Basilium secedere in solitudinem, & S. Athanasium scribere epistolam ad Monachos, pro defensione Basilij. Præter hos & 164. Neocæsarienses, antè Basilio addicti, sparserunt

de eo, quod esset gloriæ cupidus; inhians Episcopatu Neocæsariensi, quod de fide haud pie sentiret; rerumque nouarum esset cupidus, nec recto pede incederet in Euangelium.

Postquam autem factus est Episcopus contradicentibus multis, euitabatur ab illis, tanquam Hæreticus, & consortio pollutus Hæreticorum, inquit Baronius. Præterea accusatus fuit quod per literas cum Apollinari Hæretico communicaret, sicut prius cum Eustachio Sebastiano. Quamobrem quamplures Catholici se à communionē Basilij subtraxerunt, quæ de re ipse scribit. Dum aduersus Sabellium, & Marcellum, tres in Trinitate distinctas hypostasies assereret, auditores diffamantem eum, tanquam trium Deorum asserentem. Præterea eius aduersarij sparserunt, eum contra Catholicam asserentem, malè credere de Diuinitate Spiritus sancti, ut ipsemet scribit, & testatur Nazianzenus. Dum vndique in se constari calumnias, & non ab hostibus tantum, sed à proximis sibi studio atque affectione coniunctis, fidei, professione coherentibus, in suspitionem Hæreses adduci videret, factum est, inquit Baronius (quod & ipse testatur) ut nemini se iam propemodum crederet, omnesq; pariter vereretur. Imò & S. Athanasius fuit ei iratus, & minatus, ut ipse Basilium ad Athanasium scribit, à quo tamen aliâs fuit defensus. Quin & S. Damasi Pape studium erga Basilium, alias sibi carum, refrenavit, adeo, ut ne responderet quidem ad Epistolam Basilij, ob rumores contra eum laud leuioris momenti sparsos, quod ipse innuit in quadam epistola. Ideo coactus fuit mittere Legatum Petrum, ad Damasum Papam, quod se purgaret. Eriam mortuo Basilio detraxerunt aduersarij. Ideo præter Gregorium Nazianzenum, scripserunt pro defensione mortui, apologias, eius Frater S. Gregorius Nyssenus, qui libros eius contra Eunomium scriptos ab aduersariorum calumniis vindicauit, ut author est Photius in suâ Bibliotheca. Post Gregorium verò, id ipsum fecit Theodorus Antiochenus; nec non Sophronius.

S. Augustinus fuit insimulatus auaritiæ cum suis Hipponensibus. Iulianus quoque Pelagianorum aduocatus, dicebat S. Augustinum idem sensisse, quod olim Pelagiani.

Fussalenses quoque ciues accusarunt August. Cælestino Papam, quod eis præfecisset pessimum Episcopum. Fuit eia Catholicis quibusdam adscriptus Ethnicismus & Manichæismus teste S. Prospero, nimirum quod liberum arbitrium submoueret penitus & sub gratia nomine, necessitatem predicaret fatalem, adiciens etiam duas illum humani generis massas & duas credi velle naturas.

Mortuo August. multi Galliarum Presbyteri & alij plurimas scripserunt obiectiones, contra eius commentarios, quos aduersus Pelagianos ediderat: quos tamen defendit S. Prospero libris quatuor; & effecit cum S. Hilario, ut à Cælestino Papâ

Papâ Augustini doctrina approbaretur: quod fecit Celestinus; vt ex eius epistola octaua appareat; & scribunt Photius in sua Bibliotheca, & S. Prosper, & Vincentius Lirinensis.

S. Hieronymus pro Origenista habitus est, esse Seneca Sulpitio. Item pro Anthropomorphita habitus est à Rufino, vt apparet ex eius libri primi inuectiua.

Item à Vitali Episcopo Antiocheno primùm, deinde à Flauiano Episcopo Antiocheno, Sabellianus appellatus est, & ab alijs Catholicis hereticus proclamatus; vt ipsemet scribit ad Marcum Presbyterum Chalcedensem. Et ob has persecutiones ex Syria solitudine se discedere coactum ibidem scribit.

Item pro malefico, & Mago se habitum esse scribit in Epistola ad Aléllam: Me scelestum; inquit; quidam putant & omnibus flagitijs obrutum. Ego probrosus, & versipellis, & lubricus. Ego mendax, & Satane arte decipiens &c. Alius incessum meum calumniabatur, & risum.

Item à Clericis Romanis tantas persecutiones passus est, vt eam ob causam post triennium Romæ transectam, inde discedere coactus fuerit, vt ipsemet scribit. Hinc in epistola ad Eustachium de laudibus Paulæ; Multa, inquit, detrahant ex Paulæ laudibus, ne apud detractores & genuino me semper dente rodentes, hac fingere puter.

Postquam duo libri contra Iouinianum ab Hieronymo scripti Romam perlati sunt, impugnatii sunt non leuiter, præsertim à monachis illius gloriæ æmulis. Imò, inquit Baronius, plurimos alios, & quidem pios, Ecclesiæque Catholice assertores offensos expertus est, quod ab eo visum esset matrimonium despectum, dū virginitatem extollit. Iidem que in Pammachium concitati sunt, quem scirent omnes acerrimum semper fuisse Hieronymi defensorem. Quin & ipsum Siricium Papam fuisse commotum eadem causa, ipse Hieronymus testatur. Audio, inquit, totius in te vrbis studia concitata, audio Pontificis & populi voluntatem pari mente congruere &c. Vt ergo sedaretur concitatus rumor, Pammachus Hieronymi libros suppressere conatus est, sed quia iam sparsi erant, id efficere non poterat consilio: tamen Pammachij Hieronymus scripsit epistolam apologeticam pro libris suis, quæ se ei misisse scribit eadem epistola 52. Aded autem fuit frequens turba in Hieronymum obloquentium & obrectantium, inquit Baronius, vt vix ediderit scriptum aliquod, in quo non opus fuerit præterere apologiam, & in alios inuictuam, quod ipse tum pluribus locis, tum præcipue in Præfatione in Micheam Prophetam testatur.

S. Paulinus Episcopus Nolanus se à Clero Romano, & ab ipso Papâ Siricio passum, & ab ipsis quoque domesticis desertum scribit ex Vrbe Notanâ, & vehementer conqueritur. Et quauis iuste conquestum scribat Baronius, noluisse tamen in propria iniuriâ tam acerbè scripsisset;

quod forte ad eorum instructionem scriptum extare Deus vel voluit, vel permisit, qui à feris Dei iniquè tractatis, dicta vel facta feruentius, quam vellent, non æquo animo accipiunt, & interpretantur. Multa sunt, inquit, que ad nos inuitate te & de patriâ debeant sevocare. Præ ceteris amor pacis, & singa zelus, qui maximè conspectu, aut viciniâ amule conuersationis accenditur. Denique à nobis Romæ Zelotyporum incendia Clericorum, longinquitas vrbis extinguit, & omnis illic iniquitas obruit os suum, quia per absentiam inde nostram, quasi subducto fomite, segnis odiorum flamma frigescit, nec in voces audeat erumpere; licet dentibus frendat inuidia, dum iniquitatis sua conscia, ipsa se erubescit, nec in promptu habet, vbi facies luida mentis accendat &c. Romæ quoque non pauci in Clero ipso, à quo solo videntur scandalizari, morsu inuidia videntur commoueri. Sed Domino gratias, qui & mihi indignissimo peccatori suo dedit dicere: Quoniam oderunt me gratis. Et infra: Plenius indicare poterant consensu nostri, quantum nobis gratia Dominice detrimentum faciat Vrbici Papæ (id est Siricii, vt explicat Baronius) superba discretio.

S. Ambrosius multorum inuidiam passus est, inquit Baronius, vt & S. Gregor. Nazianzenus, quod esset facilis ad recipiendos poenitentes, ad Ecclesiam ab Hæresi redeuntes: quod etiam ipse commemorat. Vt omittam, quæ passus est ab Arianis, & eorum fautoribus. Sed tales cruce, quia gloriosum reddunt hominem apud bonos, non sunt ita graues, vt eæ, quæ imponuntur à bonis, & non tã in causâ fidei, quam cum detrahatur probitati, fidelitati, sinceritati, bono spiritui, & prudentiæ alicuius. Hymnorum meorum carminibus, inquit ipse, deceptam populum ferunt.

S. Martino Episcopo Turonensi, teste Seneca Sulpitio obiecta fuit Hæresis Priscillianistarum. Et in eius vitâ apud Surium sic scribit Seuerus: Cum esset summus Sacerdos, (id est Episcopus) ab infimis Clericis ledabatur, venenatis linguis & viperæ ore carpebatur: ab inuidis virtutibus eius & vitæ, quæ in illo oderant quod in se non habebant, & quod imitari non valebant. Et infra: nefandum, dolendum & ingemiscendum: non alij fuisse insectatores eius, quam Episcopi.

Et alio in loco idem Seuerus sic de S. Martino scribit: Briccius furibundus irrupit, & plenus insania enomuit in Martinum mille conuitia, & ita aggressus est, vt vix manibus temperaret; se asserens sanctiorem, quippe qui à primis annis in monasterio in Sacra Ecclesiâ disciplinam, ipso Martino educante creuisset. Martinum verò, & à principio militiæ actibus sorduisse, & nunc per inanes superstitiones, & phantastica visionum ridicula, prorsus inter deliramenta sensisse.

S. Methodius, & Morauiz & Sclauorum Episcopus, qui primus cum S. Cyrillo lucè Euangelijs intulit, eaque illustrauit Moranos, & Sclauos, & Bulgaros, fuit Romæ accusatus calumniosè, quasi aliter doceret, quam ipse à Romæ Ecclesia

M m m 2 acce-

Phot. in
Celestino
Pr. aduer.
Collat.
Vin. adu.
her. e. vlt.
Seal. r.
dial. c. 4.
epist. 77.
epist. 99.
ep. 8. ad
Demet. &
ep. 10. 99.
in prælat.
verf. Di.
dym. de
Sut. S.
Hier. ep.
si.
Dir. t. 4.
A. 390.
ep. 52.
Pamach.
A. 393.
l. 2. & ep.
3.
ep. 1. ad
Seuerum
Bar. Au.
394.

pc. 34. 19.
to. 4. An
379.
l. 2. de poe.
nit. c. 7.
& 8.
in Au.
xent.
l. 2. dial.
cap. 7.
cap. 27.
l. 3. dial.
de vitâ
S. Martini
cap. 20.

accepisset. Quamobrem à Ioanne Octavo, Summo Pontifice Romam euocatus fuit Anno Domini 879. per literas Ioannis VIII. 10. Iunij datus, vt Romæ suæ prædicationis rationem redderet. Venit ergo Anno sequenti Romam, & in Synodo causam dixit, probataque suâ fide, obtinuit à Romano Pontifice, vt Sclauorum lingua laudes Deo dicere, & Sacra peragere posset, quemadmodum scribit Baronius in suis ad Martyrologium Romanum notis.

9. Mart. f.

Nec Summi Pontifices fuerunt à calumniis maleuolorum & temerariorum liberi.

ep. 95. ad Inuoc.

S. Innocentius Papa I. à Pelagianis fuit traductus, quasi idem, quod illi, sentiret, teste S. Augustino, cum tamen vehementer Pelagianam Hæresin insectatus sit, vt patet ex eius epistolis, quæ extant inter epistolas Augustini.

libr. 27.

S. Damasus Papam Romanum ambitiosè appetiisse Episcopatum, & eo adepto causam fuisse multorum cædis, adhaerentium Vrsicino schismatico, ab aliis in eundem Episcopatum electo, scribit Ethnicus Ammianus, & Marcellinus schismaticus Romanus Presbyter in libello, quem obtulit Theodosio Imperatori de schismate Vrsicini.

to. 4. A.

381.

ep. 50. ad Pammac.

Th. l. 5. 2.

Soct. l. 4.

c. 24.

Soz. lib. 6.

cap. 23.

Nic. l. 11.

cap. 20.

Bar. to. 4.

A. 384.

epist. 52.

Etiã adulterij accusatus fuit vir sanctissimus, inquit Baronius, quem S. Hieronymus, *Virginem Ecclesiæ, Virginis decorè appellat*, eiusque mores eximios, etiam Græci prædicant, Theodoretus, Socrates, Sozomenus, Nicephorus. Facta ab eo miracula, non ipsi, sed Laurentio adscribebant, vt ait Baronius.

De S. Cornelio Papa & Martyre quidam fidei desertores, Nouatus & Nouatianus, sinistra quadam sparserant. Hinc S. Cyprianus Martyr, ei coeuius, sic eum defendit: *Quod quedam de illo inhonestæ, & malignæ iactantur, nolo mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli, vt seruos Dei mendacito laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet, vt qui conscientia sua luce clarescant, alienis rumoribus sordidentur.*

Sed non tantum à Nouatiano atque Nouato calumniæ contra S. Cornelium scriptis literis per vniuersum orbem sparsæ erant, sed testata eadem reddebantur Confessorum epistolis, inquit Baronius, quorum ob annum, ac diuturniorem carcerem gloria erat apud omnes insignis. Qui quidem id nec segniter curarunt. Nam, vt ipse Cornelius testatur ad Cyprianum, scribens, cum ad omnes Ecclesias earum nomina litera calumniis & maledictis plena eademque frequentes misse essent, eâ ex causa, vt ait, omnes penè perturbata sunt Ecclesie, & complures ex eis errore decepta, cogitantes se errare non posse, si eorum affectarentur vestigia, qui Christum toties magnâ gloriâ confessi essent, eadem ipse in errore manserunt, donec eundem, qui sic lapsi fuerant Confessores facti penitentes ad Ecclesiam redierunt.

to. 2. A.

254.

apud Cy-

Pr. ep. 46.

S. Antonium Abbatem, multi dicebant Arianâ hæresin esse infectum, vt coactus fuerit ad hanc sui nominis abolendam infamiam deletere ali-

quantisper eremum, & viuendo in ciuitate contrariam asserere Arianis doctrinam.

S. Benedictus quam multas passus sit persecutiones & vitæ discrimen à suis monachis, scribit S. Gregorius Papa. Tandem discedere ab eis coactus est, & ad montem Cassinum secedere.

S. Franciscus à proprio Generali, Fratre Elia, tanquam turbator & destructor Ordinis habitus est, & malè tractatus, & quod peius est, infamatus libris editis & imprellis, quasi in vitæ secularis adolescentiâ lasciuia iuuentis ardoribus delictus fuerit, & corpus habuerit maculatum & deturpatum fetore luxurie, & inquinamenti ac sordibus multorum peccatorum mortaliū, & verbis & canonicis impudicis fuisse deditum. Vti ex Vincentio Belluacensi in Spec. hist. libr. 29. cap. 97. refert S. Antoninus 3. p. hist. tit. 24. c. 2. Quos solidè refellit amicus meus R. P. Fr. Lucas Wadingus in apparatu ad primam partem Annalium Minor. §. 4. num. 10. 11. 12. 13. 14.

S. Romualdus Fundator sui Ordinis, teste B. Petro Damiano in eius Vita, accusatus ab impuro iuvene, disciplinam eius non ferente, quasi nefandum scelus secum perpetrasset, à suis subditis in publico conuento damnatus est, tantquam laqueo & igne dignus cum ipsa sua cellulâ, & quidem centenarius, verticulusque idè sacra celebrare mysteria.

S. Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum, accusatus de vitâ mulierum ad suam cellulam admittance & conuersatione in publico Capitulo damnatus fuit, & in exilium ablegatus ad aliud minus celebre monasterium, vt infra videbimus n. 145.

Cum S. Bernardus dono prophetiæ futura prædicere cepisset, & varios sanare infirmos, & sic deinceps concessis diuinitus donis vt pergeret, fratres eius, & auunculus in eodem cum eo monasterio Claraualensi viuentes, durius arguebant, acrius muebantur: & quod hoc faceret in iuuenti ætate, & nouâ adhuc conuersatione, spirituali sollicitudine ei muebant. In quo zelo Galdricus auunculus eius, & Guido primogenitus fratrum ceteros anteibat, vt ipsos tanquam geminos quosdam stimulos carnis suæ ne gratiarum magnitudinem extolleret, accepisse diuinitus videretur. Neque enim pariebant verbis durioribus exagitantem teneram verecundiam eius, calumniantes etiam bene gesta, signa omnia admirantes, & hominem mansuetissimum, nihil contra adicentem, frequenter vsque ad lacrymas improperis & opprobriis assilgentes. Et cum iuuenem quendam, cuius pedem fistula occupauerat, signans statim sanasset, sæpè dictus beati viri frater, ne ipso quidem poterat compefci miraculo, quod minus increparet eum, & præsumptionis argueret, quod acquieuerit tangere hominem.

Et cum author eius Vitæ, qui hæc scripsit, addidit ex ore S. Bernardi admonitione, quam eundem monacho absentem trans mittebat per alium monachum, de quadam re occultâ ei diuinitus

tuerit, vt tenet S. Ecclesia Catholica, probante
fess. 6. can. id Concilio Tridentino, & docent SS. Patres
23. citati à Bellarmino & Canisio, subscribente S.
Bel. l. 4. de Thomà; tamen non effugit sanctissima & pu-
amili. gr. rissima Virgo censuras bonorum.

I. r. cap. 6. *Inprimis proprio sponso S. Ioseph fuit suspen-*
Can. l. 1. *da de adulterio, cum eam videret grauidam &*
de B. Vir. *non à se factam grauidam, cum quâ conuenerat*
cap. 10. & *de seruandâ Virginitate in illo statu, ideoque*
L. 4. c. ult. *voluit occultè dimittere eam. Quamuis*
Th. 3. p. q. *enim aliqui Patres, vt Origenes, & S. Bernardus*
27. a. 4.

Orig. h. 1. *(qui ait hanc esse Patrum sententiam) piè dicant*
in diu. *Iosephum voluisse dimittere Mariam ex humili-*
Euang. *itate, eo modo quo Petrus Christo dixit: Exi à*
Ber. h. 2. *me Domine, quia homo peccator sum. Et Salmeron*
in Missus *tredecim rationibus hoc confirmat; tamen alij*
elit. *contrarium sentiunt, ideo eam dimittere vol-*
Luc. 5. *uisse, quod adulteram suspicaretur. Ita S. Iusti-*
3. *nus Martyr, S. Chryostomus, S. Augustinus,*
cap. 30. *Theophylactus & Euthymius, Franciscus Lu-*
Iust. dial. *cas in Commentariis, & noster Maldonatus, &*
cù T ryp. *ex verbis Angeli hunc esse sensum literalem*
Chry. h. 4. *probant. dixit enim: Noli timere accipere Mariam*
& h. de S. *coniugem tuam, quod enim in ea natum est, id Spiritu*
Sufanna, *sancto est. quasi Ioseph non de Spiritu sancto, sed de*
& h. 7. in *adulterio natum putaret, ideoque timeret accipere, ne*
A. ad *probare adulterium videretur, aut quia factam vt pu-*
Maced. *tabat, sibi ferre nolebat iniuriam, inquit Maldonatus.*
Aug. ep. *Virgini autem honestissimæ non potest*
51. & l. 16. *maior iniuria, magis infamans, inferri, quàm si*
de verb. *iudicetur adultera, & pro tali vulgetur. Quocir-*
Dom. & *cà etiam sine infamatione, si apud aliquem sis*
l. 8. de *in opinione malâ, præsertim Superiorem tuum,*
Lud. de *vti fuit Ioseph Mariæ, non mixeris, gaudeas;*
vitâ P. *talem opinionem nec Virgo sanctissima ef-*
Aluar. c. *fugit.*
40. h. a.

Aug. l. de *Secundò, cum Beatissima Virgo valdè ama-*
S. Virgin. *uerit virginitatem suam, & de eâ totâ vitâ ser-*
cap. 4. *uandâ votum emisit, vt sentiant Sancti Pa-*
Nysf. f. de *tres Augustinus Nyslenus, Anselmus, Bernardus,*
Ansel. de *& Rupertus, ac Hugo Victorinus, & Abul-*
Excel. *lenus, ac vniuersa Schola cum Magistro sent. in*
Virgia. *4. dist. 30. & S. Thoma, & ipsa B. Virgo id reue-*
Ber. l. 3. & *lauiit S. Brigittæ l. 1. Reu. c. 10. & l. 7. c. 25. Jilam-*
4. super *que seruauit ad mortem, magna ei iniuria illata*
Missus *est ab iis, qui eam post Christi partum Virgi-*
est. & f. de *nem non fuisse blasphemarunt, idque ex S. Scri-*
passio. *pturâ probare conati sunt aliquot argumentis,*
col. 1. *Iouinianus, Heluidius, Ebionite, & Eunomiani,*
Hugo l. *refutati à S. Hieronymo aduersus Heluidium,*
de perpet. *& à S. Chryostomo, & ab alijs, vt Tertulliano*
Ruper. *vide vel. Virg. S. Epiphano hæz. 51.*
l. 3. in Cât.

Th. 3. p. q. *Tertio, fuerunt etiam hæretici, qui Christum*
28. a. 4. & *ab eâ non Virgine editum, sed à Iosepho gene-*
in 4. d. 30. *ratum fuisse assererent, vt testis est S. Cyrillus*
q. 2. a. 1. *Hierosolymitanus, catech. 12. col. 7. & 8. idque*
Capitol. *ex Euangelio S. Matthæi malè intellecto pro-*
ibid. q. 1. *bare conati sunt.*
Pal. q. 1.

Scotus ib. *Quarto, S. Chryostomus importunitatem,*
q. 1. a. 2. *ambitionem, & ostentationem, humillimæ Dei*

Genitrici adscribit Hom. 45. in cap. 12. Matth. Abul. q.
quâ in te eum excellisse ait S. Thomas, & me. 31. n. c. 1.
ritò. Matth.

Quindò, iterum idem Sanctus eam perstringit
h. 20. in Ioan. ponderans illa verba Ioan. 2. Vi-
num non habent: Optabat, inquit, vt ipsa clarior
filij gratiâ efficeretur, & fortasse aliquo humano affi-
ciebatur affectu, quemadmodum & fratres eius, cum
dixerunt, Ostende te ipsum mundo, cupidi eius miracu-
lus sibi santam comparare: Idcirco asperius respondit:
Quid mihi & tibi mulier? Imò notat Maldonatus
in c. 2. Ioan. ver. 4. Inter veteres auctores paucos ad-
modum inueniri, qui non aut aperte dicant, aut obcu-
re significent, aliquam culpam, aut errorem cerè suspi-
se, quod filium ad faciendum miraculum incitauerit, si
non ob aliud, cerè quia intemptiuè & ante tempus id
fecit. Hoc illi, vt minimum dicam, Chryostomus, Theo-
phylactus, hoc Euthymius & Ammonius Presbyter at-
tribuant. Quin & S. Irenæus ait, Dominum tes-
pellendo eius intemptiuam festinationem di-
xisse: Quid mihi & tibi est mulier?

Sextò, S. Ambrosius ponderans Christi duo-
denis remanitionem in Hierusalem, & dicta à
Christo Matri verba: Quid est quod me quærebatis,
ait: Hic mater arguitur, quia adhuc quæ humana sunt
exigit. Et S. Athanasius à Christo ait increpatam
seu reprehensam. Si arguitur à Christo, qui non
nisi rectum poterat de omnibus ferre iudiciû,
aliquid fuit in Matre reprehensione dignum,
iudicio huius sancti, quod à Christo recto Iudice
argueretur. Sed nil profus fuit in eâ repre-
hensione dignum.

Septimò, Conceptam fuisse in peccato origi-
nali (ac proinde fuisse tunc diaboli mancipium,
inimicam Dei, Deo exosam) multi viri docti &
pij docent, quod est magna nota illius: quos ta-
men excuso à culpâ, & non condemno.

Sufanna innocentissima, & quæ maluit vitæ &
famæ subire discrimen, quàm se adulterio con-
taminare impudè, quantam passâ sit coram om-
nibus concinibus famæ ac honoris iacturam, et-
iam mortis infamis subeundæ decretum, notum
est ex Sacris Literis. Sanè confusio summa, quâ
subit coram marito Ioakim, coram tribunali
Iudicum, & coram totâ numerosâ ciuitate, gra-
uior ei fuit, quàm mortis supplicium, illud si
subiisset. Idcirco inquit S. Chryostomus: Nulli ad
laqueum conuolarum, fama opprobria non ferentes.
Augebat confusionis sensum, duorum testium
iniquorum auctoritas, à senio & iudiciariâ po-
testate commendata, qui se proprijs oculis scô-
lus patrum cum adolescente, vidisse, coram
vniuersa multitudine asserabant, à quâ statim
ad mortem condemnata fuit, quam non eua-
sisset, ni Deus eam per Danielelem defendisset.

Sancta Cathar. Senensis, virgo innocentissi-
ma, quæ nunquam Deum totâ vitâ suâ peccato
lethali offenderat, & rarò venialibus de moni-
operâ incurrit temerarias suspiciones cuiusdam
grota, canero sanctissimo laborantis, cui ipsa
diligen-

diligentissimè ministrabat, ut putaret castissimam Virginem, quoties ipsi non adesset, obsecans acerbis alitibus occupari & quinimò ed demon perduxit egrotans, ut iam palam de turpitudine infamaret Virginem innocentissimam: Qui rancor cum peruenisset ad Sorores, & quadam ex Senioribus adissent egrotam, sciscitata ex ea, num vera essent, illa fallaciter asseruit, vera esse. Hinc factum, ut nimium credula Sorores exprobrarent sanctæ Virginis scelus. Postea ob rara Dei dona, quæ cernebantur, & sciebantur de illâ, quanta perpessa sit etiam à familiaribus, nemo dicendo & scribendo potest consequi. Cum enim illi ea capere non possent, carere malebant, & lacerare, quam admirari, & venerari. Murmurabant, & obirectabant, mordebant: ipsum etiam Thomam Confessarium, ed adigebant inuitum, ut eam reprehenderet. Hinc incredibiles in animo religiosa Virginis angustia nascebantur. Non enim illa aut præcepta sui Confessarii negligere, aut proximo offendiculum præbere ausa erat. S. Teresia, innocentissima Virgo, incredibilia passa est, ab omni genere hominum, etiam bonorum & valdè spiritualium. Habebatur enim à multis pro illusa à diabolo: eius oratio & revelationes irridebantur: aliqui tanquam obsessam à demone exorcismis Ecclesiæ curare volebant: alij eam ad factum Inquisitionis Tribunal detulerunt, quocirca eius iullu quædam moniales examinâre fuere de vitâ & moribus Teresiæ, iniquè eorâ factio illo Tribunali traductis: ut nil dicam de maximis aduersitatibus, quas passa est, non tantum ab externis, sed etiam à propriis superioribus tum in fundatione monasteriorum, tum in reformatione sui Ordinis, & Regulæ primitiua reuocatione.

CAPVT QVINTVM.

Quæ dispositio debet esse erga eos, qui nostrarum tribulationum sunt causæ

Videamus nunc, quomodo nos gerere debeamus, dum iaculis linguarum vulneratur, vel aliis modis læditur, vel occiditur bona de nobis opinio, & fama, & honor. Porro cum, ut supra dixi, non quomodocumque debeamus esse perfecti, sed conspicuâ, hoc est, eximiam perfectione ornati, illos modos hac in re proponam, iuxta quos, magni Dei serui & valdè perfecti procedere solent, dum ab humanis linguis humiliantur, & diffamantur, & aliis modis affliguntur.

120. Primò, non turbemur ob aduersitates, sed instar statuæ perferamus, quæ nobis sunt molesta. Extat hac de re pulchra historia pro nostra instructione in Vitis Patrum. Narrauit Abbas Ioannes, quia Abbas Anub. & Abbas Pastor, & residui Fratres eorum, ex vno vtero nati, Monachi fuerunt in Scythi: vnde descendentes aliò, deliberabant, vbi habitare deberent: & manserunt illic in templo quodam antiquo paucis diebus. Dixit autem Abbas Anub Abbati Pasto-

ri: Offende caritatem & tu, & Fratres tui, & singulis seorsim habitemus, & non veniamus ad nos inuicem hebdomadâ hæc. Et respondit abbas Pastor: Faciamus qualiter vis. Et fecerunt sic. Erat autem ibi in templo statua lapidea: & surgebat quotidiè manû Abbas Anub, & faciem statua illius lapidabat, vespere autem dicebat signose mihi. Et totâ hebdomadâ ita fecit. Die autem Sabbathi, occurrerunt sibi inuicem. Et dixit Abbas Pastor Abbati Anub: Vidi te Abba, hebdomadâ istâ lapidantem faciem statua huius, & iterum penitentiam agentem apud eam: fidelis autem homo hæc non facit. Et respondit Senex: Hanc rem ego propter vos feci. Quando me vidisti lapidantem faciem statua ipsius, num locuta est: num furari: Et dixit Abbas Pastor: Non. Idem, quando apud eam penitentiam egi, num turbata est: num dixit: Non ignosco. Et respondit Abbas Pastor: Non. Et ille dixit: Ergo, & nos, qui sumus septem Fratres, si vultis, ut maneamus simul, efficiamur, sicut statua hæc: quæ contumeliis affecta non turbatur. Si autem non vultis ista fieri, ecce quatuor ingressus sum ad aditum templi huius, vnusquisq; quod vult exeat, & quod vult vadat. Illi autem hæc audientes, prostrauerunt se in terram: abbas Anub, & dixerunt ei: Quomodo inbes, Pater: ita fiat: faciemus: quod dixeris nobis. Postea autem recessit Pastor Abbas dicens: Quia mansimus simul per omne tempus vite nostræ operantes, & facientes omnia secundum verbum senis, quod dixit nobis, & sic transiimus omne tempus vite nostræ cum quiete & pace. Ita nos debere esse inexpugnabiles, & quasi im-

l. de Con-
sol. c. 3.



Naz. Iam bico 18. Iustia. Apolog. ad Senat. S. Chr. h. 15. in Marth. S. Prosper l. 1. de voc. gentium cap. 2.

or. 14. n. 25.

l. 4. Eth. cap. 3.

l. 3. epist. 207.

121. conc. 3. in Psal. 30.

l. 1. Offic. cap. 21.

L. 5. libel. 17. nu. 6. Ruff. l. 3. num. 95. Rofv. p. 633. nu. 6.

L. 7. c. 42. num. 2.

122. Rofv. p. 683. col. 1.

l. 4. Eth. cap. 5.

l. 3. ad Eudemum. cap. 5.

Si ergo Ethnici non habebant pro iniuriis veras iniurias, non tam studio virtutis, quam vere cupiditate gloria ducti, vt Sancti PP. de illis exultantur, & quanto magis nos Christi causa decet, non pro iniuriis, sed pro beneficio reputare quicquid iniuriis contra nos cogitatur, dicitur, fit? Ac proinde non debemus turbari ob aduersitates & persecutiohes, sed liberi esse ab omni malo affectu erga molestos nobis & iniurios. Quod si inuitis nobis exurgant aliqui in nobis contra nos molestantes, indignationis aliqui peruersi motus, proderit conliderate id quod suadet S. Gregorius Nazianzenus: Si falsa obicitur accusator, non magis quam cum qui loquitur, hec oratio attingit, etiamsi me nominatum conuictus petat: si vera, me ipsum potius, quam illum qui loquitur, accusabo (a me enim illi sermonis materia subministratur, non autem illius sermo causa est, quod salis sim) ac vocibus prateritis, vt que nihil sint, mei ipsius eto, hoc vnum ex eorum improbitate commodi capiens, vt cautius vitam instuant. Denique ait Aristoteles: Et debili stomachi est, duriorum cibum non posse concoquere (quod contingit illis qui turbantur ob illatas iniurias) ita pusillanimitas est, verbum duriusculum, (aut factum nobis iniuriosum) non posse sustinere, sed ob id turbari. Quod viri perfecti non habent. Celestis enim illa sedes, vt scribit S. Hieronymus Pelusiotas illi, inquam, bonis amibus persuasa, molestisq, omnibus iniuriis illa mteroris expers, & laticia omnis parens, illa linguam, aures, ac mentem excedens, is, videlicet, qui pro seuis vicia certamen legitime fecerim, preparata, acerbisatum huius vitae sensum quidem habere patitur.

Secundo, Animus sit vacuus ab omni affectu inordinato erga tales, & ira & odij, auerfionisque & desiderij vindictae. Inimici homines qualescunque fuerint, inquit S. Augustinus, non sunt odio habendi, ne cum odit malus, cum patitur malum sunt duo mali. Diligat bonus, & quem patitur malum, vt vel vnus sit malus. Cautetur iracundia, inquit S. Ambrosius, aut si praecaveri non potest, cohibeatur. Non mediocre est, mitigare iracundiam, non inferius, quam omnino non commoueri. Hoc nostrum est, illud naturae &c. Ita te compara, vt quasi puer iniuriam non teneas, malitiam non exeres, omnia a te innocenter proficiantur. Dauid & armatam dexteram in indignatione compresserat. Sic Abbas Agathon dicebat: Secundum voluntatem meam nunquam dormiui, retinens in corde aduersus quenquam dolores: neque dimisi alium dormire habentem aduersum me aliquid. Hoc etiam suadebat ad vitam quiete traducendam: Si habitas cum proximo, esto sicut columna lapidea, qua si iniuriatur, non irascitur.

Tertio, Non vlciendum: non est sumenda vindicta, nec referenda iniuria, sed toleranda. Erravit hac in parte Aristoteles, si ad literam sine pia interpretatione verba eius accipienda sint, cum scripsit: Tolerare si lacessaris pati, vt tui contumelia afficiantur, seruire profectum est: & dum alio in loco seruiles & insensatos nominat eos,

qui lacessiti, praebent se faciles humilesque ad contemptum. Schola enim Christi Doctore Deo aliud didicit. Melius sensit Antonius Im. perator, et ethnicus, vt ille; Vlcienda rationem optimam esse, ne similitas fiat eius, qui iniuriam inultu. Quae de re pulchre S. Bernardus: Si in Christo volumus viuere, necesse est, sustineamus benedictionem, ne malum pro malo, aut maledictum pro maledicto reddamus. Alioquin, qui patientiam non seruauerit, perdet iustitiam, hoc est, perdet animam suam. Mibi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Ita professus est. Ipse retribuet, sed si ei vindictam serues, si non tollas ab eo iudicium: si non reddas retribuentibus tibi mala. Fecisti iudicium, sed iniuriam patienti in aequitate iudicabit, sed pro mansuetis terra. Sancti, inquit Laurentius Iulianianus, non hostibus suis irrogando mala, sed aequanimiter patiendo aduersa, de huius seculi studio triumphaliter discessere. Prophetam, quid de se dicat, attende: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam mercedem ab inimicis meis inanis: persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terram vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Glorietur munda conscientia, vt nec malum reddidisse pro malo, neque maledictum pro maledicto, quod est proprie iustorum, ac perfectorum opus. Impiorum vero est, retribuere malum pro malo, interdum malum pro bono, sicut de Iudeis per Prophetam Dominus ait: Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Ladendo viuere, inquit S. Hieronymus Pelusiotas, Satanicarum legum est. Ac proinde in Olympicis illis certaminibus, qua in ipsius honorem celebrantur, sic coronam consequuntur, qui decertant. At in Christi palestra contraria coronatum lex est. Sic enim lege sanctum est, vt qui percutitur, non qui percutit, coronam donetur: vt non ob victoriam duntaxat, sed etiam ob victoria modum maius miraculum existat. Nam cum ea, qua apud homines victoriam conciliant, hoc asserere constat, vt quispiam superetur, tum demum diuina virtus, tum caeleste stadium, tum Angelorum theatrum merito esse creditur. Et alibi: Qui iniuriam illatam tulit, nec quicquam coram, per qua eum, a quo laesus fuerat, vlci scilicet poterat, fecit, huius virique vt qui extrema cuiusdam patientiae documentum dederit, luculentior corona non immerito tibi potest. Est id magnum Dei beneficium. Nam, vt idem Sanctus scripsit Dioscoro, Non tantum pro acceptis beneficiis, sed etiam pro eo, quod iniuriam inferre prohibitus es (a Deo) gratiam te Deo habere conuenit. Nam hoc quoque etiam tibi mirum, atque ab hominum opinione alienum videtur, maximum beneficij genus est. Gentilium Philosophi, inquit Hieronymus Taronensis, magnarum virium esse perhibent, laudentem negligere, & vindictam putant, vindicare potuisse, maiusq, vindicta esse genus, ignoscere. Viri deinde Seneca: Pusillus aut, homini est, & miseri, repetere mordentem, vt mures & formica, ad quas si manum admoueris, ora conuertunt imbecilla, se laedi putant, si tanguntur. Quapropter corrigens Plato vulgi in Cuius sententiam ait: Non licet tui sit iniuria, iniuriam vt ne, si sum rependere, quemadmodum vulgus existimas.

Quam

Quandoquidem nullatenus fas est facere iniuriam: Et
 Anicetus ex Socratis doctrina tradit: Tantum
 malum iniuria est, ut ferenda potius sit, quam in-
 ferenda. Hoc enim peruersi est illud infirmi. Malum qui-
 dem utrumque inferre quidem iniuriam eo deterius est,
 quod turpius. Non dubiabo equidem dicere, inquit
 Maximus Tylius, siquidem altera altera maior sit
 iniuria magis improbum eum esse, qui illi ipsi vlciscer-
 tur, quam qui inferre. Ingens animus, ut scribit Sene-
 ca, & verus estimator sui non vindicat iniuriam, quia
 non sentit. Vt tela a duro resiliunt, cum dolore cadentis
 solida feruntur, ita nulla magnum animum iniuria
 ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quando
 pulchrius veluti nulli penetrabilem, tunc omnes iniurias,
 contumeliasq; respicere. Vltio, doloris confessio est. Non
 est magnus animus, quem eneruet iniuria. Aut poten-
 tior te, aut imbecillior legit. Si imbecillior, parce illi; si
 potentior, tibi. Et alibi: Illud ante omnia cogita, sedam
 esse & execrabilem vim nocendi. Et alienissimam ho-
 mini, cuius beneficio etiam seua mansuecunt. Aspice
 elephantorum iugo colla submissa, leuorum, puerni pa-
 zier ac samum per saltantibus, terga impune calcata,
 & repentes inter pocula sinuq; innoxio lapsu draco-
 nes, & intra domum vsorum, leonumq; ora placida
 tractantibus, adulantesq; domino feras. Pudebit cum
 animalibus permittasse mores. Nefas est nocere Patrie.
 Ergo cui quoque. Nam hic pars patrie est. Sancta par-
 tes sunt, si vniuersum venerabile est: ergo & homini.
 Nam hic in maiore tibi vrbe ciuis est. Quid si nocere
 velint manus pedibus, manibus oculi? ut omnia mem-
 bra inser, se consentiunt, quia singula seruari totius in-
 terest: ita homines singulis parcent, quia ad calum ge-
 neri sumus: salua autem societas nisi amore & custodia
 partium, non potest. Non vi in beneficiis honestum est,
 merita meriti recompensare, ita iniurias iniuriis. Illis,
 vni turpe est, hic vnicuique inhumanum verbum est, &
 quidem pro iusto receptum vltio.

Et alio in loco: Sapiens percussus colaphis, quid
 faciet? Quod Cato, cum illi os percussus esset, non ex-
 canduit, non vindicauit iniuriam, ne remisit quidem:
 sed factam negauit. Maiore animo non agnouit, quam
 ignouisset.

De Romanis scribit Gellius, sepe in sese factas
 iniurias, vlcis neglexisse.

Talis fuit Dauid, qui ut obseruat S Bernat-
 dus dicebat securam conscientiam: Si reddidi retri-
 buentibus mihi mala, decidam meritum ab inimico meis
 inanis. Ad statum innocentię talis patientia spe-
 ciat. Hinc quidam Senex in Viris PP. dicebat:
 Qui nulli voluntarie nocet, & resistentibus non iniu-
 riatur, & parcu proximo suo, hic secundum Christi
 naturam est. Cuius rei aliud ibidem exemplum
 legitur: Cum quidam ex Fratribus passus esset ab a-
 lio iniuriam, venit ad abbatem Sisorum & contume-
 lie genus exponens, addebat. Cupio me vindicare Pater.
 Senex autem rogare cepit, ut relinqueret Deo vindi-
 ctam. At ille, inquit: Non desistam, nisi fortiter vindi-
 cauero. Cui Senex ait: Quandoquidem hoc semel in
 animo statuisti, nunc oremus. Exurgens autem Senex
 his verbis cepit orare: Domine iam non es nobis necessa-

rius, ut pro nobis sis sollicitus, quia nos ipsi sicut iste Fra-
 ter docuit, & volumus & possumus vindicare. Quod cum
 ille Frater audisset, ante Senis pedes effusus, veniam pos-
 tulabat, promittens se cum illo, sicut irascatur, nun-
 quam certaturum.

S. Chrylóstomus, Cum nos ipsos, inquit, vlcisci-
 mur, Deus nos non defendit; cum autem ipsi concedi-
 mus, plus quam expectamus efficitur. Ego, inquit S.
 Augustinus Christi nomine, pro te impio & pec-
 catore, ut tua iniquitates mei sanguinis effusione laua-
 rentur, magno silentio & magna patientiam traditorum
 meum perculi. Nonne imitaberis me, ut & tu non red-
 das mala pro malis? est, non vlciscaris illatas tibi
 iniurias: Sanctus autem Chrylóstomus: Fuit tibi
 quisquam, ait, iniurius, aut malo affecit, ingemisce, ne
 maledictis incesseris, funde lacrymas, non iniuria gra-
 tia, sed ob iniuriam inserentis interitum: quemadmo-
 dum & Dominus tuus Iudam deplorauit: non enim,
 quod crucifigeretur, desolebat, sed quod se ille esset ad sui
 perniciem proditurus. Considera enim, ut scribit S. I. 2. ep. 67.
 Iliodorus Pelusiota, si quis iniuriam sibi illatam vlcisci
 velit, quam acerbitates perferat. Primum furo-
 re persunditur. Deinde ab ira interrumpitur (primum
 enim ebullit affectus, deinde ad vindictę cupiditatem
 extimulatur.) Tertio infinitos fluctus excitat: quartum,
 mille cogitationum vias ingreditur: quid, metus subit
 ac tremor, animiq; angor, iracundia nimiam eum in-
 terrumpente, ac metu concutiente, dum illud secum co-
 gitat, quoniam pacto, quod cupit, assequatur, acceptamq;
 iniuriam vindicet. Annon tibi huiusmodi homo, ante
 eum, qui pœnas daturus est, videtur ipsemet pœnas da-
 re: At qui patientiam adhibet, ab his omnibus rebus
 exemptus est. Ac sanè merito. Nam hoc in ipsius arbi-
 trio situm est, atque ipse totum absoluit. Ille autem al-
 ter non item. Verum & temporis commoditate opus
 est, & loco, & fraude, & versuta improbitate, & ar-
 mis, & machinis, & adulatione, & seruitute & hypo-
 crisi. Videsne quemadmodum difficultis quedam res sit
 virtutum, facili autem virtus? atque illud quidem tu-
 multibus scateat, hec autem ab omnibus perturbatio-
 nibus remota sit? Ut enim vir nequam & improbus
 tot & tanta perpetitur, ita probus ac virtutis studiosus
 tranquillitatem obtinet, atque is quidem, qui vlciscen-
 da iniuria, studet, infinitam inimicitiam reddit: quis
 autem patientiam virtutis, eam quam oxysmę opprimis
 & extinguat. Vnde importunum etiam & sanum ho-
 minem irritat, atque ad amicitiam allicit.

Pulchre perpendit hanc virtutem in Dati-
 de S. Chrylóstomus, quod etsi posset in spelun-
 cã Saulem occidere, abstinuit a cæde: Propitius
 fit mihi Dominus, ne faciam hanc rem. Domino meo
 Christo Domini, ut mittam manum meam in eum,
 quia Christus Domini est. Quamuis sciret se hostem in
 suam ipsius perniciem emittere, & salutem dare ini-
 mico, haud tamen illum occidit, idq; cum haberet mul-
 ta ad eandem eadem impellenria. Etenim solitudo Re-
 gis, ob absentiam qui possent Saule esse auxilio. Deinde
 exhortatio milium; præterea antea factorum memoria;
 ac futurorum metus. Et homilia sequenti ibidem
 ait S. Chrylóstomus, in hoc facto Dauid, admi-
 rabile

h. 53. ad
 pop.
 in Psal. 7.
 f. de laude
 Deiro. 5.
 I. 2. ep. 67.
 to. 1. h. 5.
 de Dauid
 & Saule.
 1. Reg. 27.
 7.

rabile quoddam, Deoq; incredibile dictu sacrificium obtulisse; praesuerat enim illis, non ut belli Dux militibus, sed ut Sacerdos; (iamq; spelunca illa erat Ecclesia) haud quidem mactato vitulo, aut occiso agno, sed quod bis erat multo honorificentius, mansuetudinem & humanitatem offerens Deo, idque irrationabili animi motu mactato, occisaeque iracundia. Et factum est idem; tum victima, tum sacrificium, tum altare. Siquidem & ratio, quae offerebat mansuetudinem atque humanitatem, & ipsa humanitas & mansuetudo, denique cor, in quo offerebatur, omnia erant eiusdem hominis. Et infra: Egressus est David post Saül non occisum, liberis demeps oculis calum intuens, ac tunc temporis magis exultans, quam cum Goliath deiecisset. Siquidem hac illa magnificentior erat victoria, haec magnificentiora spolia; haec praeda illustrior, gloriofius trophaeum. Siquidem illic & fundae & lapidibus, & acie habebat opus; hic vero cuncta prudentia ratione peracta sunt, ac sine armis contigit victoria, atque inruentum trophaeum erectum est. Itaque rediit non barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram enervatam. Neque haec spolia reposuit Hierosolyma, sed in saelo, inque superna illa ciuitate. Nunc haudquaquam veniebant in choris obuiam famina, excipientes illum cum laudibus; sed Angelicus populus, & sublimi applaudebat, admirans eius Philosophiam & humanitatem. Ascendit enim hoste innumeris vulneribus sauciato, ut qui tamen si seruasset Saulem, tamen illum reuera hostem diabolum multis plagis conficit. Quem admodum enim nobis per iracundiam inter nos pugnantibus, & mutuo conspectu collisus, ille hostis tum gaudet, tum floret; ita nobis pacem habentibus, & concordibus iraq; moderantibus, rursus derahitur ac deicitur. nimirum hostis pacis, inimicus concordiae, & inuidia pater. Egressus est igitur David, dextram illam totius orbis pretio parem, simul cum capite coronatam gestans. Quem admodum enim saepenumero fit, ut Imperatores eorum, qui egregie sese in pugilum certamine, aut in reliquis certandi generibus gesserunt, ante caput, coronent dexteramq; & Deus manum illam coronauit, quae gladium purum potuerit educere, ensemq; nullo sanguine contaminatum Deo ostendere, denique aduersus tantam iracundiam procellam resistere. Non egressus est gestans Regis purpuream vestem, sed egressus est gestans Saülis diadema, sed egressus est gestans coronam iustitiae. Egressus est & spelunca; tanta cum gloria, cum quantà tres pueri egressi sunt à camino ardente. Nam quem admodum illos non excussit ignis, ita hic non conflagravit ira incendio. Et illis quidem, foris nihil ignis, in quo versabantur, nocuit; hic vero cum intus haberet carbones accensos, cum foris videret diabolum, caminum intendentem, idq; variis modis ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à facilitate perficiendi eadem, à solitudine eorum, qui Saül possent auxiliari, à praeteritorum memoria, à futurorum periculorum metu (siquidem haec & sarmentis & stipulis, ac ceteris omnibus, quibus caminus ille Babylonicus incendebatur, lucidiorum excitabant flammam) tamen non exarsit David, neque villo pacto suffuit affectus, quem admodum consentaneum erat affici hominem tot modis irri-

ratum. Et quem admodum Daniel ascendit à laen speratis feris leonibus, itidem hic à specu produit, altis hostibus longe sautoribus deuictis, id est à animi moribus, qui eum imaserunt; hinc indignatio de praeteritis, hinc futurorum metus. Verum hoc verumq; hic coeuit oru bestis ocludens. Ipsis factis docens, nihil esse tutius, quam parere inimico, contra nihil periculosius, quam velle vlcisci, & vindictam sumere. Immo vero hoc ipsum maximum adfert utilitatem. Sic enim res habet, inquit S. Chryostomus, quoties opprobriis, milleq; malis affectis, conuiciantibus excelso ferimus animo, maio. Aum. rem nobis à Domino beneuolentiam conciliamus. Et vnde hoc liqueret hinc quae euenire Dauidi. Quid autem illi euenit: Exultabat aliquando à patria sinu & de libertate & vita sua periclitam, & exercitum aduersus imperantem illum iuuenem tyrannum ac patriam iam instructo, errabat in deserto. Nec tamen indignatus est, nec despondit animum apud Deum, neque dixit: Quid tandem hoc rei est? Permissit, ut filius insurgeret aduersus illum, à quo progenitus est, qui etiam si quid haberet, de quo iuste queri posset, non oportuit tamen id facere. Nunc vero nec in paruo, nec in magno laesus à nobis obambulat, cupiens dextram patris sanguine polluere, & Deus haec videns patitur? Sed nihil horum dixit. Quin, quod profecto maius est & admirabilius, errantem & vndique expulsum, Semet quidam vir improbus ac selesinus, infectatus est, homicidio pollutum & impium appellans, aliisq; innumeris conuiciis impetens. At ne sic quidem fuit exasperatus. Quod si quis dixerit: Quid miri? Si non vltus est, cum propter imbecillitatem vlciscendi potestatem non haberet. Primum illud dixerim: Non perinde mirarer illum, si diadema gestans, & regno potens, inque throno sedens conuiciantem perulisset, ut nunc illum laudo, & admittor tempore calamitatis philosophantem, animoq; moderantem. Nam illi & imperij magnitudo, & conuiciantis vilitas saepenumero persuasit, ut contumeliam negligerent. Multi Reges frequenter, similem moderationem praestiterunt, qui insignem conuiciantium infamiam acceperunt pro excusatione. Neque enim aequè nos in rerum prosperitate atque in aduersis opprobria mordere solent; sed vbi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriusq; mordent conuicia. De hoc porro & aliud licet commemorare, videlicet quod illi fuerit in manu vindictam sumere. Atque ut perspicias eam animi moderationem non fuisse impotentiam, sed patientiam, cum id Princeps exercitus cuperet sibi committi, ut ad conuiciantem transiret, eiusq; caput amputaret, non solum non permisit David, verum etiam indignatus est, dicens: Quid mihi tecum fili Saül? Ita generose David ab vltione abstinent. Nam, ut scribit S. Ambrosius, Vindicare se non est actus fortitudinis, sed abstinentiae & clementiae. Vincitur ab inimico, non vincit, qui se vindicat.

Adeo autem à vindicta debet esse alienus animus noster, ut nec signa exhibeat offensae. Sic Christus Dominus, dans monita bene viuendi & proficiendi in virtute S. Brigittae, ait: Attendat, quod non ostendat oburgantibus se signa irae, vel impatentiae, sed benedicat persequentibus se, ut videtur

dentes benedicant Deum. Vt quemadmodum ait Tertullianus; Patientia tua improbitas fatigetur aliena. Quod, si etiam secularibus Tertullianus præcipit, multò magis separatim à mundo id decet. Idèd cum quendam fratrem sub presentia Abbatu Anonij alij Fratres collaudarent, Senex verò eum tenendo reprehendisset, quòd non suserret iniuriam, dixit ei Tu quidem, Frater similis es adificio, quòd quamuis habeat ingressum ornatum, per posticam tamen à latronibus expugnatur. Hinc Abbas Pastor dicebat: Qui querulosus est. Monachus non est: qui malum pro malo reddit, monachus non est: qui iracundus est, monachus non est. Et interrogatus, quid sit non reddere malum pro malo, respondit: Hac passio quatuor modos habet: Primum de corde, Secundum de aspectu, tertium de lingua; quartus est, reddere malum pro malo. Si ergo poteris purgare cor, non venit ad aspectum; custodi ergo ne loquaris. Si autem locutus fueris, tunc te corripere, ne facias malum pro malo. Sed & Ethnici reliquerunt nobis præclara huius rei exempla plurima. Vnum vel alterum commemorabo.

Scribit Plutarchus, & Themistius & Origenes, Lycurgum Regem Lacedæmoniorum à feroce iuvene Alcandro, orbatum oculo, non tantum non sumpsisse vindictam, sed cum eum lapidibus obruere vellent Lacedæmonij, seruasse, & à supplicio vindicasse, à populo sibi traditum domi bonis moribus informasse, & honestè educasse, & tandem producto eo in theatrum, dixisse coram populo: En iuuenem, quem à vobis iniurium & violentum accepi, iam frugi, & popularem vobis restituo. Ita generoso fuit animo. Vindicare enim se, inquit S. Ambrosius, non est actus fortitudinis, sed abiectionis & timiditatis. Vincitur ab inimico, non vincit, qui se vindicat. In Olympico certamine, inquit S. Isidorus Pelusiota, qui cecidit ac superat, coronam obtinet: hic autem, qui caditur ac perferit, præconis voce celebratur. Illic, qui vicissim ferit, hic qui alteram quoque maxillam præbet, in Angelorum theatro prædicatur. Non enim vltione, sed patientiâ, vltoria ponderatur. Noua enim hæc coronarum lex est; quoniam noua quoque certaminum ratio. Porro cum omnibus ab vltione iniuriarum abstinendum est, tum maximè iis qui post acceptas iniurias ad aliquem euehantur honoris vel potestatis gradum, in quo se possint vlcisci. Præclarum hæc de re monitum dedit S. Isidorus Pelusiota Hermino Comiti: Nunc cum ad Imperium euectus es, maiorem tibi nominis celebritatem atque admirationem comparabis, si eos à quibus iniuriâ affectus es; minime vlciscaris: ac nunc maximè omnes molestias obligationi mandes, cum maximè ipsos vlciscendi potestatem imperij licentia tibi præbuit. Quia, vt præclare scripsit S. Paulinus, Vicem iniurte reddere, humana vltio est: à inimicam etiam diligere. & pro malis bona restituerere, vincte celestis est. Ita si malo vincas, victor victus es.

Errabant ergo illi Philosophi, ob id à S. Ambrosio non vno in loco reprehensi; & cum illis

M. Tullius improbatu à Lactantio, qui putabant vltionem priuatâ potestate factam, & repositionem iniuriæ, ei, qui prius nocuerit iustitiam esse, quòd etiam Aristotelem sensisse putant, Michæl Medina, & Alexius Venegas apud Sepuluedam; & Lælius Pergrinus, & Antonius Bernardus Mirandulanus. Sed meritò id ab alijs Ethnicis damnatum est, vt, præter alios supra citatos, ab Epicteto & Synesio. Sed non est satis, non vlcisci, opus est habere bonos affectus erga persecutores.

Quarò Ergo necessarium est condonate iniurias, parcere. Iu qui peccant, veniam impertire, inquit S. Isidorus Pelusiota, diuina quedam res est: è vestigio autem eos implacabili animo ex cruciare, bel-luna & serpentina. Equis igitur omisâ Diuini Numini imitatione, animalibus humi serpentibus similem se præbere in animum induxerit? Nemo profectò nisi qui & Diuinum metum & humanam existimationem atque gloriam parui pendit.

Quidam Senex apud Ruffinum dicebat: Cui voluntariè nocetur & iniuriatur, & parcat proximo suo, hic secundam naturam Christi est. Meritò, quia Christus tot iniurias sibi illatas condonat: & quod præstantius est, qui talis est, se quodammodò Deo proponit ad imitandum, tanquam prototypum imitationis, vt Deus nos imitetur. Hinc illa verba Christi Domini, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, ponderans S. Gregorius Nyssenus, ait, videri illum esse Deum, qui alteri peccata dimittit (contra se facta) quod est solus Dei; & talem qui debet esse imitator Dei, sicut dixit Apostolus, esse propositum Deo ipsi exemplum, vt Deus eum imitetur in condonandis iniurijs, & vt ad Deum dicere possit: Quod ego feci, fac: imitare seruum tuum tu Domine: remisi debita; ne tu quidem exigas: latum & alacrem dimisi debitorem meum, talis item tuus fiat: par ab ambobus remissio decernatur, tuo simul & meo debitori: ille meus est debitor, tuus autem ego: solui, solue: dimisi, dimitte, magnam ego proximo exhibui misericordiam: imitare tu Domine serui tui humanitatem. At grauiora mea in te peccata, quam qua hic aduersum me commisit: id ego non nego, sed quantum excellis in omni bono, æquum est, vt excellentie tuae conuenientem misericordiam nobis peccantibus tribuas; & quantum velis tantum largiaris. Ita, qui parcat inimico, qui non sumit vindictam de illo, sui habet imitorem Deum. Quæ immensa laus est: de quâ potest illud Tertulliani intelligi: Quid adalantius, quam iniurias non exequi? Adulatio enim, vt docet S. Thomas, est laus excedens personæ merita. Ita omninò excedit hominis merita hæc laus, cum dicitur eius virtutis, esse ipse imitator Deus. Idèd quoque S. Gregorius Nyssenus loco citato talem hominem, non amplius intra termino: humana nature conspicit, sed ipsi Deo per virtutem assimilari, dum facit ea, quæ Dei solus est facere: debitorum enim remissio, proprium, ac peculiare Dei munus & officium est. S. Augustinus duplicem agnoscit elemosinam;

Abraham cap. 6.
1.6. Instit. cap. 18.
Ar. 1.1.
Rhet. c. 12. & 1.2.
Rhe. c. 2. & 5. & 1.5.
Eth. c. 5. & lib. 4.
Eth. c. 3. ep. 93.
L. 1.6. de affectib. c. de veracundia.
123.
Mir. 1.3.
uer. sing. certa. f. 7.
Ep. 1.2.
cap. 10.
Syn. ep. 67.
Pel. 1.2. ep. 15.
Matth. 6. 12.
1. de orac. Luc. 5.
Cor. 40.
1.1. adu. Marcion. cap. 27.
2. 2. q. 115.
124.
1. 50. hb. hom. 19.

l. de patient. Ruff. l. 3. num. 88. Pelag. lib. 8. n. 2. Ros. pag. 513. ed. 2. L. f. libel. 10. n. 54.

P. in vita Lycurgi. Th. oc. f. Or. l. 8. cour. Cel. sum.

l. 1. Off. cap. 36.

l. 3. ep. 126.

l. 2. ep. 29.

epist. 2.

l. 1. Off. c. 28. & lib. 2. de

nam; donandi pauperibus, & condonandi iniuriosis. Vtramque Christus expressit: *Dimitte, & dimittemini; date & dabitur vobis.* Debita orta ex peccato, vt ex furto, rapinâ &c. grauiora sunt, quam ex contractu aliquo, vt venditione.

Condonare ergo illa proximo propter Deum, gratum est Deo. Talia debita commemorat in debitorum 10000. talentorum. Talia vult à nobis condonari: *Dimitte nobis debita nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis, id est, omni ei, qui in nos peccauit, & qui nos aliquâ iniuriâ*

affecit. Vnde Christus Dominus explicans hanc petitionem, ait: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester caelestis peccata vestra.* Debitum in Scripturâ, inquit Tertullianus, delicti figura (id est, vt explicat Pamelius, significatio) est, quod deinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donec ex actio, sicut illi seruo Dominus debitum dimisit. Sanè non tantum beneficium præstamus ei, cui talia debita dimittimus, sed etiam nobis ipsis.

Hoc indicat Apostolus, qui cum dixisset: *Induite vos ergo, sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, supportantes inuicem.* Subdit: *donantes vobismet ipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit nobis, sic & nos.* Ideò merito Theodosius Imperator, vt scribit S. Ambrosius; Beneficium se putabat accepisse, cum rogaretur ignoscere.

Vincere enim volebat, non plectere, aequitatis iudex, non poena arbiter, qui nunquam veniam confitenti negaret. Et cum his similia, de eius clementia erga delinquentes dixisset, eam etiam filiis apud Deum profuisse ait: *Quis ergo, inquit, dabitur, filius eius maximum presidium fore apud Deum?* Commendatur hanc ob rem Miphiboseph, alibi appellatus à S. Chryostomo Memphibaal (pro Meribbaal) Memphibaal, inquit, à seruo Siba accusatus, ac calumniam passus, neque dixit, neque fecit illi aliquid mali: et si omnibus bonis esset priuatus à Dauide ob calumniam Sibæ. Sic & Publicanus ille, seu, vt illum appellat S. Chryostomus, Telones, contumeliâ affectus à Pharisæo, non retulit contumeliam, quamuis potuisset, si voluisset, sed animo Philosophico tulit, dicens: *Propitius esto mihi peccatori.* Sed maxime Dauid hac in re excelluit, parcendo Sauli persecutori: à quo vitæ suæ sciebat strui infidias: qui agnitâ Dauidis virtute, lenauit vocem suam, & fleuit, dixitque ad Dauid: *Iustior tu es quam ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Quâ de re ita S. Chryostomus, *Non ob id tantum, inquit, Dauidem in medium adducam, quod Numini suffragio fuerit laudatus, vir secundum cor meum, verum etiam, quod sit de numero eorum, qui sub veteri lege sunt educati. Siquidem sub lege gratia extitisse quempiam ab ira purum, & inimici delicta condonantem, & parcentem iis, à quibus fuerit molestiâ affectus, nihil sanè mirum: videlicet post Christi mortem, posteaquam tam clementer nobis omnia peccata remisit: post tot præcepta reseruit Euangeli-*

ca Philosophia. Ceterum in veteri Testamento, cum lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentem pro dente extundere, eumq; qui lesisset rationis æquilibrio vlcisci, aliquem extitisse, qui præceptorum fines transiret, vsque ad Apostolicam peruenerat Philosophiam: quem hominem, si audiret, non adducet in supremum? Quem si quod audiuit, nequaquam imitetur, non prius omni veniâ, omniq; excusatione? Sed vt exactius pleniusq; huius Dauidis virtutem cognoscatur, concede mihi, vt Orationem paulò altius repetam, eiusq; benefacta commemorem: quæ beatus ille vir in Saulem contulit. Nam & vlcisci eum, quem simpliciter inimicus lesit, nihil miri est: qui hominem à se multis affectum beneficis, sed qui pro benefactis beneficium semel atque iterum, imò frequenter interficere conatus sit, postquam in manus incidisset, vt iam liceret occidere sustinuit, non ipsum dimittere tantum, verum etiam ex aliorum insidiis eripere: præsertim cum sciret illum, post eadem moliturum: quid is reliquum fecit, quod ad summam Philosophiam possit adiungi? Sic Theodosius Rex teste Cassiodoro, Venantium nuper inimicissimum, summis honoribus auxit, quia hostilem animum aduersum se gessit: Vnde, ait, sic factum est, vt ei libenter daremus præmium, qui nostrum fideliter iuuit inimicum, quia casu patrocinate contrario, iam tunc nobis reddebat acceptus, quando tunc cognosce poterat inuenotus; hoc est inimicus. Sic apud Luciam Liuiam, Augusto (uo Marito) iussit, vt Lucium Cinnam, vitæ suæ parantem infidias, clementia retraheret ab odio, exemplo Medici, qui extraordinaria media adhibet, dum ordinaria non profunt. Quâ igitur veniâ digni erimus, exclamat à S. Chryostomus, qui post gratiam, & h. r. in tantam doctrinam, & præcepta Saluatoris, neque ad horum mensuram peruenire valeamus: Et quid dicis ad eorum mensuram neque propè asperare possumus. Tanta enim virtus malitia abundantia obducit omnia, vt rarum nunc sit, & diligentes diligere.

Quinto adhuc necessarium est, positio amorem prosequi aduersarios, delatores, iniquos persecutores. Hoc fecit Patriarcha Ioseph. Nam, vt legimus Gen. 45. 15. *Osculatus est omnes fratres suos (à quibus erat venditus) & plorauit super singulos.* Sic, vt ait S. Augustinus, *Odiū fratrum lacrymis caritatis abluetur. Non cogitant addictam pretio gemamantem, sed pro malis bona restituentem, iam tunc necdum data Apostolica præcepta compleuit. Patientia virtus est, ait B. Laurentius Iustinianus, coram hominibus persecutores tolerare, sed coram Deo est ipsos cap. 1. diligere: quia hoc solum Deus patientia sacrificium accipit, quod ante oculos eius, in altari boni operis, per dilectionem persecutorum homo incendit. Nam sortasse & odisse, non est virtus patientia, sed velamen furoris. Plus est, inquit S. Chryostomus, diligere, quam non odisse, non prosequi. Hoc Christus præcepit: *Diligite inimicos vestros: quando autem magis illos debemus diligere, qui nobis dando materiam & occasionem virtutum, meritorum, acquirendæ gloriæ celestis, sunt veri nostri amici: Ideò Christus Dominus S. Brigitte inter alia commendauit.**

to. 1. de
Saul &
Dauide.

1. Reg. 19.

18.

125.

2. Reg. 16.

4.

1. Reg. 24.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

1. de

Saul &

Dauide.

l. 1. Reu: dant: Dilige omnes, etiam qui te odisse videntur. & tibi detrudere: quia ipsi maiorem coronam dant tibi, ac occasione. Eos, qui hostiliter nos persequuntur, inquit S. Chryostomus, magis diligere studeamus, utpote eos, qui nobis innumerorum bonorum sunt auctores. Et alibi, Nihil ita Deum reddidit propitium, sicut inimicos diligere, & calumniatoribus benefacere. Quod pulchre ponderat S. Augustinus: Grandis, inquit, labor est, inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus Fratres: non paruum quidem labor est in hoc seculo, sed grande erit premium in futuro. Per amorem enim hominum inimici, efficiuntur amici Dei: imò non solum amici, sed etiam filii, sicut ipse Dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet adoptiuum filium facere, quomodo seruos, quas ei dignitates impenderet, & seruorum, eiusque seruitia durissima, & aliquando etiam turpissima, sustineres conuitia, ut ad caducam, & fragilem eius hereditatem peruenires: Quod ergo ille sustineret, propter substantiam terrenam, tu iustissime propter vitam aeternam. Vbi est vera caritas, dicebat B. M. Magdalena de Pazzis, est, ut Pellicanus, qui dat sanguinem suum amicis & inimicis, & neminem reputat pro inimico. Extat pulchra hac de re doctrina à Christo Domino tradita S. Gertudii: Considera quale exemplum praebeam electis meis in tali cruce honoratione. Nam praeter ceteras creaturas, quae mihi in Humanitate meae deseruierunt ad comoda corporalia (ut vasa, quibus in infantia mea sum balneatus, & similia) multo maiorem honorem contuli cruci meae, spinæ coronae, lanceae & clauis, quae mihi ad penam seruierunt. Et desidero, ut speciales mei, in hoc me velint imitari, ut scilicet causa honoris mei & sua propria salutis, vellet maiorem affectum dilectionis ostendere suis aduersariis, quam benefactoribus, quia incomparabiliter maiorem prosequi possunt. Et quamuis sciremus nos ab eis non amari, tamen, inquit S. Chryl. diligendi sunt etiam, qui nos non diligunt, qui conuiciantur, quia membra sunt: membrum vero si necessitate aliqua à reliquo fuerit corpore aliquantum recisum, nihil nō molimur, quod illud vitamus iterum, ita ut nunquam maiorem curam impendamus: Ita tibi quoque faciendum. Et infra, hunc aduersariorum amorem cum commendasset, exemplo amasiorum, qui ab amatis feminis alapas, sputa, opprobria, innumeraque alia incommoda patienter ferunt, & ab eis amandis non desistunt, subdit: Annon erubescimus, quod tantam erga Deum dilectionem, quam habet potestatem diabolicus ille ac demoniacus amor, ostendere nequimus?

Hoc proprium est hominum Dei. Talis erat Moyses, affectus contumelias ab Aaron & Maria, à Core & sequacibus, à toto populo, tamen amabat omnes, benefaciebat omnibus: Quod ponderat S. Ambrosius, Quanta, inquit, à populo illatas absorbebat iniurias! quam miti sermone post contumelias appellabat! quomodo consolabatur, in laboribus detinebat oraculo: sive operibus: Merito aestimatus est super homines, & ut vultus eius non possent intedere. Sic Ioseph Fratribus suis, à quibus erat venditus, benefecit. Quà de re S. Ambrosius, Iure, inquit, mirandus qui hoc fecerit, ante Euangelium, ut Iesus parceret, appetitus ignosceret, venditus, non referret iniuriam, sed gratiam pro contumelia soluere. Quod post Euangelium omnes didicimus, & seruare non possumus. Sic Miphiboseth, etsi ex falsa accusatione Sibae omnia eius bona tradita essent Sibae, tamen cum Dauid audita vera defensione Miphiboseth, alteram partem ei applicuisset bonorum, Sibae auferendorum, ille dixit Regi: Etiam cuncta accipiat, postquam Dominus meus Rex reuersus est pacifice in domum suam. Hac fit, inquit Tertullianus, perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solum Christianorum. Quamquam & non Christianorum, si boni sint, hic mos est. Hinc diues epulo, ut obseruat bene Caietanus, etsi non solum Lazarum videret in sinu Abrahae, sed solum Lazarum petiit mitti ad sui refrigerationem; cui meminit se tam inhumanum fuisse, quia erat optime persuasus de Lazari humanitate, quamuis eum iniquè, dum viueret tractasset, plus sperabat ab eo, quem plus læserat. Hanc vindictam à beneuola Lazari mente, beneuolentiae plenam, eam licet indignus, expectabat.

Talis vindicta est licita. Nam, ut scribit S. Paulinus, Vicem iniurie reddere, humana plio est: ut inimicum diligere, vindicta celestis est. Tali persecutione licet persequi persecutores nostros. Vnde merito S. Gregorius Nazianzenus laudans Heronem dixit: Hic est veritatis athleta, atque corum, qui ipsam iniuriam inferenda causa persequuntur, patendi alacritate persecutor. Qui amoris affectus ad confusionem multorum Christianorum in Ethnicis quibusdam enituit, & quidem ipsis Cynicis. Illud est precipuum ornamentum, inquit Epictetus, quod Cynicus sibi adquisit: Tandi verberibus, ut asinum oportet, & contusum nihilominus amare verberatores suos, tanquam si pater aut frater esset omnium. Quo loco reponenda est sententia S. Chryostomi, mutato nomine publicani in Cynicum: Vnde igitur nobis salutis spes, si publicanus (imò Cynicus ethnicis) deteriores fuerimus, sicut dicit Christus: Si diligitis diligentes vos, quid amplius facitis: nonne & publicani hoc faciunt? Et Christus quidem volens nos ad summum virtutis venire fastigium, illi superiores vult esse: nos autem inferiores esse studemus. Et quid dico publicanis deteriores & latronibus & sepulchrorum direptoribus & homicidis. Etenim & hi omnes diligunt eos, qui erga se bene affecti sunt, & sepe numero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilis, qui tantam à Domino misericordiam nacti sumus, & innumera mala facientibus deteriores inuenimur.

Sextò, Affice aliquo beneficio singulari eos, qui tibi dederunt aliquam occasionem vel materiam afflictionis, praesertim tunc, quando posses valde nocere aduersariis tuis. Hoc Christi-

2. Cor. 3. 13. & Exo. 34. 35. Gen. 47. 1. de Ioseph. c. 1. 1. Reg. 16. 3. 4. 2. Reg. 19. 30. 1. ad Scapulam. cap. 1. Luc. 16. 24. or. in Heronem. h. 52. in Genef. Math. 5. 46. 127. Math. 5. 44. N n n stus

h. 10. in
Euang.
Rom. 12.
10.

l. de cate-
chif. rud.

l. 10. n. 3.
16.

l. 1. in Pf.
130.

L. 5. libel.
10. n. 14.
Rof. pag.
597. n. 14.

Ruff. l. 3.
num. 81.
Pafch. c.
7. num. 5.
Rof. v. p.
513.
Ruff. l. 3.
num. 79.
Rof. pag.
513. n. 79.

de interi.
conf. c. 2.

Rib. l. 5.
cap. 1.
Maf. l. 3.
cap. 4.

stus iulit. Benefacite his qui oderunt vos. Probatio enim dilectionis, inquit S. Gregorius, est exhibitio operis, id est beneficij. Hoc monet Apostolus: Si esurierit inimicus tuus, tibi illum si sitit pota illum: hoc enim faciens, carbonem ignis congeres super caput eius: id est, ignitos caritatis, qui eum inflamment, ad reclamandum, ut exponit S. Augustinus. Nulla enim maior, inquit S. Augustinus, est provocatio ad amandum, quam praevenire amando; quod maxime per beneficia declaratur, praesertim magni momenti, Ideo dicitur: Debemus animas pro fratribus ponere. Aequum enim est, pro benefactoribus, beneficia vita nostra maiora in nos conferentibus, animas ponere. Merita autem & coronae gloriae, quae acquiruntur per amorem iniuriarum, per iniurias ab illis illatas, & a nobis aequo animo toleratas, excedunt praesentiam vitae nostrae: ideo gratitudo Christiana exigit, ut tales benefactores beneficiis afficiamus quibus possumus. Ideo S. Zeno Veronensis gratos nos esse iubet pro iniurioso officio, id est, pro accepta iniuria. Inverso, inquit, gratus officio. Gratitudo autem vera beneficiis demonstratur collatis in eos, qui nos aliquo beneficio affecerunt. Ideo in vitis PP. Abbas Achilles rogatus a duobus, ut quiddam illis faceret, noluit; sed rogatus a tertio, apud quem in mala erat opinio, statim dixit: Ego tibi faciam. Hanc ob causam Senex quidam in Vitis PP. si quispiam detraxisset ei, ille festinabat (si vicinus ei erat) per se ipsum bene illum remunerari: quod si longius manebat, transmittebat illi munera. Et Abbas Poemen frequenter dicebat: Malitia nunquam te exuperet. Sed si quis tibi malefecerit, tu bene fac ei, ut per bonum vincas malum ipsius. Ut enim scripsit S. Hieronymus: Quando inimicis nostris praebemus beneficia, malitiam eorum nostrae bonitate superamus, & mollius duritiam, iratumque, animam ad molliem, benevolentiamque, flectimus. Servi Dei erga affligentes se, debent imitari agros, & vites, & arbores, quae ferro laesa fructum ferunt uberiorem iis, a quibus, vel quorum causa, laeduntur. Nam, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Semper bonorum conversatio, malorum persecutiones pertulit. Trituratur terra, & vomere scinditur, ut germinet: universae putantur arbores, ut fecunditate sua alimoniam hominibus subministrant: in vite vitales purgantur rachenae, ut uberiorem fructum exhibeant. Sic ab adversariis iniuste opprimuntur, & tacent: temporalium damna patiuntur, & diligunt: calumniantur, & obsequia impendunt: benefaciunt oditibus, pro persecutoribus orant, se Corporis Christi membra esse fatentur, confortesque, Sanctorum, qui mala perferendo coronam gloriae percipiunt. Sic S. P. N. Ignatius benefecit cuidam Michaeli, a quo etiam ad mortem quaesitus fuit, nisi Divina voce repulsus fuisset, dum vellet Ignatium interimere. Nam: etsi deposita pecunia ab eo defraudatus esset, sic ut ad se alendum spem emendicare, deinde Parisiis cogere, magno studiorum detrimento; non modo iratus non est, verum etiam insigni beneficio rependit

iniuriam. Cum enim fraudator ille, postea Hispaniam repetens, graui morbo ex itinere imphatus, Rhotomagi substitisset (quae vrbs tunc ferme inter distat Lutetiam) ingravescente valetudine, paulatim ad omnium rerum inopiam est redactus: cumque, ut ignorus in alieno solo, spem nullam subsidij cereret, licet praeterita memnisset, ac praclare sibi esset conscius, quam male de Ignatio meritis fuisset, tamen tantam opinionem de eximia viri bonitate conceperat, ut non dubitaverit illum de suo casu per literas facere certiorum, & aliquid opis ab ipso petere. Tum Ignatius, quasi hereditas aliqua sibi obvenisset, sic alacer, nulla interposita mora se in viam dedit, Deum pro amici salute, etiam atque etiam obsecrans: quin etiam, quod longe admirabilis est, ad propitiandum illi Numen, iter illud totum pedibus, nullo prorsus cibo potuque, ingenti celeritate confecit. Urbem ingressus, conquisitum hominem amicissime inuisti, affectum, semianimumque, sedulo ministerio recreavit, atque ubi morbo lenatus est, literas ei commendatitias ad amicos in Hispaniam dedit: & emendicato a se viatico instructum in naum impoovit. Optimum namque, vindicta genus est, inquit B. Laurentius Iustinianus, de culpa culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare: mala pati, & stulticia gratia communicare. Hoc superna Deitatis opus est, quae quotidie innumeris iniuriis lacebitur, & sustinet, blasphematur, & non irascitur. Hoc Evangelicae perfectionis est, quae una percussa maxilla, debet praebere alteram: quae ausertenti tunicae, tribuere debet etiam pallium. Haec omnia habuit Coll. Ioseph, qui, ut ait Abbas Theodorus apud Cas. cap. 10. sianum, in adversis casibus, Domino fidelis, carceribus vincis misissimus, iniuria immemor, beneficiis inimicis, invidis, & quantum in ipse erat, intersecutoribus fratribus non solum pius, sed etiam munificus invenitur. Cum Cinna Augulto Caesari necem machinaretur, teste Suetonio, id ei condonavit, dixitque: in Aug. Cinna iterum tibi do vitam prius hosti, nunc insidiatore, ac parricida: ei que Consulatum obtulit, & perpetuo habuit amicissimum, solumque reliquit heredem.

Magna luca accidit animae illius, qui suis in Iust. adversariis benefecit. Scribit Taulerus de qua- cap. 31. dam sancta Virgine, quae cum moriens interrogata fuisset, quibus vna fuisset exercitibus respondit. In quatuor se potissime exercitatum: Primum est, inquit, Quisquis me iniuria vel molestia quavis affecerat, huic ego specialia quadam beneficia rependere curabam: quae nisi, laesa prius ab ipso, minimè contulisset. Secundum. Omnes aequè ut me ipsam dilexi. Tertium. Nulli qualibet adversa mea, nisi soli Deo quæsta sunt. Quartum. Corde semper liberalissima fui, & si quando foris dare non poteram, saltim animo dabam. Hoc modo satisfit monito illi Apostolico: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Quae verba explanans S. Thomas, Naturale, inquit, est homini, ut velit adversarium vincere, & non vinci ab eo. Illud autem ab aliquo vincitur, quod aut illud trahitur: sicut aqua vincitur ab igne quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo vir bonus propter malum, quod sibi ab aliquo inferitur, trahitur ad hoc, quod ei malefaciat, do-

de cultu
commu-
c. 1. col.
6.

Coll. 6.

cap. 10.

in Aug.

illo.

cap. 31.

cl. 6.
cont.
fione
Cler.

Rom. 11.

Rom.

nas à malo vincitur. Si autem è contrario propter beneficium. quod homo persecutori exhibet eum ad suam amorem trahat. bonum malum vincit. Tales S. Bernardus ait esse lilium inter spinas, explicans illud Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Non bona, inquit, filia, qua pungunt. Attende pessimum germen eius, cui maledictum est terra nostra. Cùm, inquit, colueris eam; spinas & tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne est anima, inter spinas profectò versatur, & necesse est, vt patiatur inquietudines tentationum, tribulationum, & aculeos. Quod si lilium est ipsa, iuxta Sponsi verbum videat, quàm vigilem sollicitamq; esse oportet super custodia sui seprà vndique spinis, hinc inde aculeos incendentes. Nec enim vel leuissimam spina sustinet vllatenus punctiorem floris teneritudo. sed mox vt modicè premitur, perforatur &c. Spina culpa est, spina pena est, spina falsus frater, spina vicinus est malus. O candens lilium. d tener & delicatus flos, increduli & subversores sunt tecum, vide quomodò cautè ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terrà sunt, in aère sunt, in carne tuà sunt. Versari in his & minimè ledè, Diuina potentia est non virtutis tua. Sed confidite, inquit, quia vici mundum. Est igitur vndique tibi incendi perspicua tribulationum, tanquam tribulorum aculeos, non turbetur cor tuum, neque formidet, sciens quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Considera lilia agri, quomodò inter spinas vigent & nitent. Si fenugum, quod hodie est, in cibusum mittitur, Deus sic custodit; quantò magis amicam & sponsam suam charissimam? Denique custodit Dominus omnes diligentes se. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Non mediocri profectò titulo virtutis, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentia retinere candorem, & morum lenitatem. Magis autem si hie, qui oderunt pacem, pacificum, & amicum te exhibeas inimicis. Id planè tibi similitudinem datam de lilio. iure quodam proprietatis specialiter vendicabit, quod ipsas vique pungentes se spinas candore proprio illustrare, & venustare non cessat. An non proinde lilium tibi videretur implere quodammodò perfectionem Euangelij, quò orare iubemur pro calumniantibus & persecuentibus nos: bene facere hie qui oderunt nos? Ergo & tu fac similitè, & erit anima tua amica Domini. & laudabit te, de te dicens: Quia sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Porro S. Bernardus tres classes hac de te ponderat: Est, inquit, homo pacatus, qui bona pro bonis reddens, quantum in se est, nemini vult nocere. Est alius patiens, qui non reddens mala pro malis, etiam potens est sustinere nocentem. Est & pacificus, qui bona pro malis reddens in promptu habet, & prodesse nocenti. Primus pacem, quantum in se est, habet. Secundus pacem tenet. Tertius pacem facit. Meritò proinde beatificatur nomine filij, quòd opus filij impleuerit, vt post suam non ingratus reconciliationem, etiam alios reconcilies Patri suo. Siquidem, qui bene ministrauerit, bonum gradum sibi acquirit, nec in domo Patris melior gradus credendus est esse, quàm filij. Si enim filij & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes

autem Christi; vt quemadmodum dicit, vbi ipse est, ibi Ioan. 12. sit & minister suus. Beati pacifici, quoniam filij Dei Match. 3. vocabuntur.

Septimò, Defende ab inuasiõne verborum, vel factorum eos, qui te aliquà molestiã affecerunt. Quòd si facta contra te non possint aliis persuaderi fuisse bona, saltem da operam, ne quid ob ea ab addictis tibi patiantur. Sic Christus visa amputatà à Petro Malchi auriculã, vult ne sciret in alios. Et, vt ait Tertullianus, l. de pœ. Nec Christus vnus descendit (scilicet, Petri discipulo) li) gladium in vltorem probauit: Patientia Domini in Malcho vulnerata est, siue quia, vt eum locum Nofter Cerda explicat, ademptã Malcho materiã patiendi, in eo adempta est Christo, siue quia patientia Christi immensa ad omnes hostes, & hostium iniurias tolerandas, quodammodò vulnerata est, quasi hoc ipso Petrus putasset, non satis Christo fuisse patientiã ad hostem illum ferendum, cùm omnes & plures illis ferre potuisset, si plures fuissent. Laudat Valerius Maximus Marcum Tullium, quòd Gabinium & Vatiniũ, antea sibi infensissimos, postea in iudicio defenderit. Quantò magis Christianos, & Religiosos in similibus decet excellere? Præbuit huius rei exemplum heroicum Rex Dauid, qui nec occidit Saulem, cum impunè posset, multis eius inturiis læcessitus, sed nec suis permisit in eum inuolare, vt ait S. Chrysostomus: Cùm vltam Sauli perstrutans nihil inuenisset boni, vt dicere de Saule posset, non sum ab eo laesus, nec affectus incommodo & Dauid. (præterea enim hie reclamaturi erant milites, qui aderant Regi, & malitiam experimento cognouerant) alia ex parte circuibat, studens probabilem inuenire excusationem. Id cùm non posset, nec ab illius vitã, nec à factis, ad dignitatem illius confugit dicens: Quoniam Christus Domini est. Non dixit: Rex est; sed, Christus Domini est, non ab humano honore, sed à celesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conseruum tuum: reuerere Dominum; aspernaris electum: metus eum, qui elegit. Etenim si vulgares istos Principes, ab Imperatore designatos, etiam si sint impij, timeamus, cum horrore non despicientes eos, sed propter dignitatem illius, à quo electi sunt, reuerentes, multò amplius hoc facere conuenit in hie, quos elegit Deus. Tales autem puta omnes eos, qui te persequuntur. Et bellatores aduersus Nabal ad vltionem paratos, inquit S. Ambrosius, Abigail deprecatione reuocauerat. Quã ita delectatus est, vt benediceret interuenientem, quòd ab studio vindicte reuocatus foret. Sic fecit S. Basilus, iniquissimè tractatus à Ponti Præfecto. Cùm enim id resciuissent ciues, accurrerant ad mactandum Præfectum. Quo tumultu viso, S. Basilus, vt scribit S. Gregorius Nazianzenus, or. de Basilidis Martyr & sine plagis victor, populum pudore correptum per vim retinens, supplicem suum Præfectum ac vexatorem à periculo vindicauit. Appellauit hac occasione S. Nazianzenus, Martyrem Basilium, quia inuentum martyrium est, concilians coronas cruentorum Martyrum, pati ad-

La. 8. in Cant.

Gen. 3.

c. 16. de conuersione ad Clericos

Rom. 8.

to. 1. h. 1. de Saule & Dauid.

1. Off. cap. 21.

or. de Basilidis



fr. 4. uersa & persecutoribus condonate. ut ait S. Climacus.

130. O haud, Imo, quod maius & perfectius est, eos qui tui causa irascuntur aduersariis tuis ad posituam beneuolentiam erga illos perducere conare. Admirabilis fuit in hac re idem Rex Dauid, ut obseruauit S. Chrysostomus, qui nec aliorum monitu dimotus est a proposito (scilicet parcendi Saüli, quem in speluncâ occidere poterat) nec milites suos est veritus, quos ut metueret erat consentaneum, ne forte ipsum contrucidarent in speluncâ, tanquam qui illorum salutem prodidisset, exiliuq; attulisset, ac publicum illorum hostem seruasset. Sed perfecit, ut & illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus inperet, sed multo maius est, persuadere posse, ut & ipsi mentem sumant eandem cum illo, aliis, inquam, qui nec modesti sunt homines, neque temperantes, sed milites: qui multis difficultatibus iam in desperationem erant adducti, a quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari, non modò totam malorum dissolutionem in hostis nece sitam esse, verum etiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat, quò minus illo trucidato protinus Regnum transfret ad Dauidem. At tamen, cum essent tam multa res quæ milites irritabant, tantum ualuit ille generosus, ut satellites his omnibus fierent superiores, hostisq; parcerent.

131. Nonò, Da operam, ut tuâ demissione, & pulchris agendi modis, liberes aduersarios a maleuolentiâ, si eam in eis esse cum manifesto peccato coniunctam certò aduertis: tunc non tui, sed Dei causa, ne in peccato perisstant, da operam, ut eos honestis modis mutes in alios. Tradidit hæc doctrinam Dominus S. Gertrudi: Eiusmodi, inquit, homines obsequiis, ac beneuolentiis aliis placandi sunt atque vincendi. Hic enim sanctior est modus lucrandi proximum. In quo si quis nihil etiam profecerit propter obstinatam eorum duritiam, qui uolunt melioribus aduersari, mercedem tamen humilitationis suæ nihilominus magnam obtinebit. Sic fecit Anna condemnata temerè, quòd esset ebria. Cùm enim, ut ponderat S. Chrysostomus, eum qui contumeliosè ei locutus fuerat, appellasset Dominum. Nequaquam Dominus, ex accusatore fecit Patrum. Sacerdos enim ei dixit: Vade in pace, det tibi Dominus Deus Israël omnem petitionem, quam ab eo petisti. Tantum bonum est humanitas ac mansuetudo. Pro contumeliâ copioso accepto viatico discessit, eumq; nacta est propugnantiem intercessorem, quem habuerat oburgatorem. Sic, ut ponderat S. Ambrosius, Iacob multis obsequiis, & muneribus fratrem reconciliauit sibi, ut ille præcepta benedictionis non meminisset, meminisset delatæ satisfactionis. Sic S. Dauid, ut obseruauit S. Chrysostomus, cùm inuento Saule in loco, in quo illum occidere poterat, tanquam mortem sibi toties intemantem, quòd ei simbriam vestis absciderit, quòd aqua scyphum subtraxerit, longè secedens, & stans clamavit, atque à se seruato incolumi hæc significauit, non ad ostentationem & ambitionem id fecit, verum ut operibus ipsis ei persuaderet, se imme-

20.1.h.1. de Saule & Dauid, 1.Reg.24.

1.1.c.16. in su. diu. piet.

1.Reg.7. 14. h.2. de Anna.

1.1.Offic. cap.21.

f.in, si est. rit. ini.

riò sine causa tanquam hostem illi fuisse suspectum. Et hac ratione studuit illum ad amicitiam provocare. Hoc Ephesius fualit S. Ignatius Martyr: Sitis aduersus iras illorum humiles: eorum maledictis opponite vos intensas continuasq; preces: efferos mores illorum mansuetudine vincite, iracundiam lenitate, efficiamus eos nobis fratres ciuilitate & humanitate. Hoc etiam fualit Abbas Ioseph apud Callianum, ut non solum nosmetipsos alienos ab iracundia perturbatione seruemus, sed etiam illos, qui suo commoti sunt uitio, succumbentes iniuriis eorum ad placiditatem expleta cordis satietate cogamus, furorem eorum nostrâ lenitate vincentes. Et ita etiam illud apostolicum implebimus: Noli uinci à malo, sed vince in bono malo. Sed & S. Chrysostomus, ponderatâ humilitate & mansuetudine Iacob, quâ olim usus est cum Esau tibi offenso; Hoc, inquit, uera uirtutis est, ut non solum eos, qui bene in nos afficiuntur, magno studio diligamus, sed ut etiam eos, qui nobis in se ipsi esse uolunt, asiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nihil enim mansuetudine uolentius. Nam sicut rogam, cùm ualde accenditur, aqua iniecta restinguit; ita etiam animum camino magis exardescentem, uerbum cum mansuetudine prolatum extinguit: & duplex inde nobis lucrum accreuit, tum quòd nos mansuetudinem declaramus, tum quòd fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Vide Rom. 12. fusè hac de re S. Chrysostomus: Simile quiddam fecit Abbas Pastor: Nam cùm fenex quidam, qui antea habebat noticiam hominum & multum laborem, uenisset in Ægyptum cum suis, & homines dimisissent illum Senem, & uenirent ad Abbatem Pastorem, & hanc ob causam fenex ille inuidens, male loqueretur de eis; hoc audiens Pastor conuulsabatur, & dicit Fratribus suis: Quid faciemus de Senè isto magno, quia nos in tribulationem miserunt homines, dereliquentes Senem, & ad nos, qui nihil sumus, attendentes: Quomodo ergo possimus sanare eum? & dixit eis: Facite aliquid ad gustandum, & tollite uasculum uini, & eamus ad illum. & gustemus simul, forsitan per hoc possimus sanare animam eius. Tulerunt ergo, quos parauerant cibos, & perrexerunt ad eum, & dum pulsarent ostium, respondit discipulus eius, dicens: Qui estis? Et illi dixerunt: Dic Abbas, quia Pastor est, & desiderat benedicti per vos. Hoc autem nuntiat ei Discipulus eius: Ille mandauit dicens: Vade, quia non mihi uacat. Illi autem perseverantes in caumate dixerunt: Non discedimus, nisi meruerimus benedictionem Senis. Senex autem uidens perseverantiam, & humilitatem eorum, compunctus aperuit eis: & intrantes gustauerunt cum eo. Cùm ergo manducarent, dixit Senex: In ueritate dico, minus, quam quòd est audiui de uobis: centuplum enim est, quòd uideo in opere uestro. Factus est ergo amicus eis ex illo die. Pulchrius aliud exemplum narratur in uitis PP. à Rufino de quodam Monacho habitante in loco, qui dicitur Cellia, ad quem, cùm Monachus ex Eremo Scithi uenisset, & non inueniret ad præfens cellulam, ubi posset manere, habens aliam uacantem cellulam, dedit ei dicens: Interim, & repausa in hac cellulâ.

Coll. 17. cap. 11.

Rom. 12. h. 13. in Genet.

Rom. 12. cont. 160. Etac. & de Dauid. Ruf. 14. num. 94. Pelag. lib. 1. bel. 7. num. 3. Ruf. 14. col. 14.

Ruff. 1. num. 26. Ruf. 14. 1. a.

cellulâ, donec inuenias, ubi possis manere. Cumq; ad vi-
sandum eum conuenirent quàm plurimi Fratres, de-
siderantes audire ab eo verbum salutis æternæ, habebat
enim spiritualem gratiam docendi Verbum Dei) videns
ille Senior, qui ei ad habitandum præsiterat cellam,
inuisa liuore cor eius vulneratum est, & indignari
cepit, ac dicere: Quoniam ego tantis temporibus in hoc
loco habito, & ad me non veniunt Fratres, nisi rarissi-
mè, & hoc in diebus festis, & ecce ad istum impostorem
penè quotidie Fratres quàm plurimi vadunt: dixitq;
discipulo suo: Vade & dic ei, vt egrediatur de Cellulâ
illa, quoniam necessaria est mihi. Cum autem perre-
xisset discipulus eius ad Fratrem illum, dixit ei: Man-
dauit Abbas meus sanctitati tue, iube ei per me man-
dare, qualiter habeas, audiuit enim te infirmari. Ipse
verò remandauit ei, dicens: Ora pro me Domine Fra-
ter, quia valde stomachum doleo. Reuersus autem disci-
pulus dixit Abbati suo: Nimis rogat sanctitatem tuam,
vt vel duos dies iubeas ei inducias dare, vt possit sibi
aliam cellam prouidere. Transactis autem tribus die-
bus, iterum misit discipulum suum, dicens: Vade, dic ei,
vt egrediatur de cellâ meâ, nam si rursus distulerit, da-
cens ad eum. Quia continuo venio, & cum baculo ce-
dendo expello eum de cellâ meâ. Pergens autem disci-
pulus ad supra dictum Fratrem, dixit ei: Quoniam
valde sollicitus est Abbas meus de infirmitate tua, ided
misit me requirens, si melius habeas. At ille respondens,
dixit: Gratias ago, Domine Sancte, caritati tue, quia
sollicitus es de me, verumtamen precibus tuis melius
habeo. Reuersus autem discipulus dixit Abbati suo: Et-
iam & nunc deprecatur sanctitatem tuam, dicens vt
vsque ad diem Dominicam expectes, & statim egre-
diatur. Cum autem venisset Dominicus dies, & non
egrediretur, accipiens vectem Sapor, inflammatus inui-
diæ & iracundiæ spiritu pergebat, vt cædendo expelleret
eum de cellâ suâ. Accedens autem discipulus eius dixit
ei: Si iubeas, Pater, precedo te, & video, ne forsitan aliqui
Fratres ad salutandum eum venerint, & si viderint te
scandalizentur. Præcessit ergo discipulus, & ingressus
ad eum, dixit: Ecce Abbas meus venit ad salutandum te.
Egredere ergo celerius, & cum gratiarum actione oc-
curre ei, quia præ nimia caritate & dilectione venit ad
te. Qui statim surgens cum nimia alacritate occurrit
ad eum, prostravit se prius in terram, adorabatq; Se-
nem cum gratiarum actione, dicens: Retribuatur tibi Do-
minus, carissime Pater, bona æterna pro cellulâ tuâ,
quam mihi propter nomen eius prestitisti, & in caelesti
Hierusalem inter Sanctos suos Christus Dominus tibi
gloriosam & splendidam præparet mansionem. Hac
autem audiens Senior, compunctus est corde, & proi-
ciens baculum, recurrit in amplexus eius, & osculatus
est eum, & inuitauit illum ad cellulam suam, vt pari-
ter cum gratiarum actione sumerent cibum. Vocauit
autem Senior supra memoratum discipulum suum, &
interrogauit eum, dicens: Dic mihi, fili, si dixisti verba
isti Fratri, quia propter cellulam mandauit, vt diceret ei:
Tunc discipulus eius confessus est ei, dicens: Verè, Domi-
ne, dico, quia propter humilitatem, quam tibi exhibere
debeo, tanquam Patri & Domino, ided non audebam
respondere tibi aliquid, quando me mittebas ad eum;

verumtamen nihil eorum dixi ei, quæ mandabâs ad
eum. Hac audiens Senior, statim prostravit se ad pedes
eius, dicens: Ex hodiernâ die tu meus Pater esto, & ego
tuus discipulus, quoniam te moderante, ac cum timore
& caritate Dei agente, & meam, & illius fratris ani-
mam de peccati laqueo Christus Dominus liberauit.
Pro fide enim, & sanctâ sollicitudine & intentione di-
scipuli, qui perfectè in caritate Christi diligebat Abba-
tem suum, & anxie timebat ne per inuidia & iracun-
dia vitium aliquid tale ageret Pater suus spiritualis, vt
perderet omnes labores sanctos, quos ab inuente ætate
in Christi seruitio pro vite æterna præmiis laborauerat.
Ideoq; Dominus donauit gratiam suam, vt in pace
Christi pariter latarentur. Ibidem à Rufino scri-
bitur ab Abbate Macario Sacerdotem Idolo-
rum conuersum amicâ salutatione, quâ eum
excepit occurrentem sibi, quâ occasione dice-
bat Macarius: quia sermo superbus & malus, etiam
bonos viros conuertit ad malum: sermo verò humilis &
bonus etiam malos mutat in melius. Hoc Deus do-
cuerat per Moysen in Lege Veteri, vt pulchrè
ponderat S. Ilidorus Pelusiota: Mansuetissima illa
natura Dei, vt cum inimico in gratiam redeamus his
verbis vsa: Si videris iumentum inimici tui prolapsum
in foueam, non pertransibis, sed eriges ipsum (in no-
stra vulgata hoc est positum melius: Si videris a-
sinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed
subleuabis eum eo. Non enim quid animantis cura tan-
toperè tangeretur, sed ipsorum præsertim hominum,
causa hanc legem tulit. Nam inimicus ad prolapsum
animal erigendum accedens, inimicum omnino allo-
quetur ac dicit: Tu istinc erige, ego hinc. Colloquium
porò reconciliationis præludium est, ac via ad amici-
tiam ducens. Quamobrem tribus rebus optimè statuis
prouidere Diuina tranquillitas: Primum quidem ne
periret animans, deinde verò ne damnum faceres do-
minus (animalis.) Tertio denique vt reconciliarentur
sibi, & in gratiam redirent inimici. Qui enim benefi-
cium accepit, etiam si minorem lapide sensum habeat,
studet bonè de se merito respondere. Qui verò benefi-
cium (benefactorem) se professus est, non vitique ini-
micus videri postmodum vult. Vides, quomodò ineffa-
bilis Sapientia, bonitatis & humanitatis, in lege ser-
uata habet rationem.

Huc spectat S. Chrysostomi dictum: Illum, h. 12. ad
ait, à quo passus es, vt ad te veniat, noli expectare, alio-
quàm omnia perdidisti. Nam tibi propter hoc maximè
mercedem ineffabilem desinit, vt illum præuenias: quip-
pe si rogatus reconciliaris, non iam Dei præcepto facta
fuit amicitia, sed illius studio. Et propterea sine coronâ
recidit, illo præmia capiente.

Inter modos autem efficaces luctandi ad-
uersarios est, sæpe eis condonare iniurias, non
vltisci, non offendi. Si semel, iterum, ac tertid, in-
quit S. Chrysostomus, intra diem peccati veniam
impartieris, etiam si admodum lapideus sis, etiam si ipse
demonibus esseratur sit ille, quite lasit, non erit ita
brutus, vt denud ad eandem offensas recidat, sed fre-
quentiâ indulta venia castigatus melior erit, & pro-
bitior: itaq; si fueris instructus ad toties contemnendam
ini-

iniuriam tibi illatam, una atque altera. & tertia condonatione culpa exercitatus, nihil difficultatis senties in hoc genere philosophia: quippe qui iteranda toties venia, cum iam vsum collegeris, ut nihil te percellant proximorum iniuria. Immo ne quidem fatearis aduersario te ab eo esse iniuria affectu, ita enim magis eum placabis. Hoc est quod dicit Seneca: Sape ad eo iniuriam vindicare non expediat, ut ne fateri quidem expediat.

l. 2. de beneficiis. c. 39.

132. l. de patientia. c. 18.

Decimo, Imo ne quidem doleas, & ne doloris vllum specimen pra te feras. Nam, ut ait Tertullianus, omnis iniuria, seu lingua seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispingetur, quod telum aliquod in petra constantissima duritia libratum & obtusum. Concidit enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquam repercussum in eum, qui emisit, & reciproco impetu seuiet. Nempe idcirco quis te laedit, ut doleas, quia fructus ladentis, in dolore laesus est. Ergo cum fructum eius euertis, non dolendo, ipse doleat necesse est, amissione fructus sui. Tunc tu non modò illesus illis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui & oblectatus frustratione, & dolore defensus (quod tamen perfectionis amantes ad cor non debent admittere.) Haec est patientia utilitas & voluntas. Et hoc est, quod docuit Seneca: Genus vltionis est, eripere ei quod facit contumelia voluptatem: nam fructus contumelia in sensu & indignatione patientis est. Hoc habent, qui verè humiles sunt. Nam, ut Abbas Piammò apud Cassianum ait, Vera cordis humilitas, tunc demum euidentissima patientia sua fulgebit indicij, cum quis non ipse de se crimina ab alijs non credenda iactauerit, sed ab alijs sibi met arroganter in gestu contempserit, & irrogatus iniurias mansuetà cordis equanimitate tolerauerit. Patientia enim est, inquit S. Gregorius Papa, aliena mala equanimiter perperit, contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam quis sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, & tempus digna retributionis quarat, patientiam non exhibet, sed ostentat. Scriptum quippe est: Caritas patientis est, benigna est: patientis enim est, ut aliena mala toleret: benigna est, ut ipsos etiam, quos portet, amet. Qui Dei amore patitur aduersa libenter, talis esse debet, qualem describit idem Tertullianus: Vultus illi tranquillus & placidus, frons pura, nullà moeroris aut ire rugositate contracta, remissa atque in latum modum supercilia, oculus, humilitate, non infelicitate detectus. Os taciturnitatis honore signatum, color qualis securis & innoxius, motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Et ita etiam Seneca magni ac generosi animi indicium id esse ait: Nullum est argumentum magnitudinis certius, quam nihil posse, quo insisteris, accidere. Et nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit. Magni animi est proprium, ait idem alio in loco, placidum esse tranquillumq, & iniurias atque offensiones semper despiciere. Idque eò magis, quò quis est potentior. Magni animi est, inquit idem alibi, iniurias & offensiones in summà potestati patris, nec quicquam gloriosus Principe impudè loq. Praclarum huius rei specimen edidit Anna

de consol. cap. 17. Coll. 18. cap. 11.

1. 16. in Euang.

1. Cor. 13.

1. de patientia. c. 15.

1. 3. de ira cap. 6.

1. 1. de cle. cap. 15.

1. 1. de cle. ment. c. 39.

1. Reg. 1.

vxor Eleanæ: Domi, inquit S. Chrysostomus, ex h. do probabat ei sterilitatem amula, venit in templum, & Anna. Sacerdotis puer afficit illam contumelia dicens: Quo- wique eris ebria: Discede vinum tuum ab te. & recede à conspectu Domini. & increpat ipse Sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem, venit in portum, & rursus inuenit vnda, venit acceptura medicamen, & vulnus exasperatum est. Scitis enim quomodo animi in morore constituti aduersus contumelias & conuitia sint affecti. Quomodo enim acerba vulnera ne leuim quidem manus contactum serunt, sic & animus perturbatus difficilis est, ac morosus, & ad omnia indignatur. quousque verbo mordetur & offenditur. Verum hoc non accidit huic mulieri, ne tum quidem, cum à puero conuitus peteretur. Nam si Sacerdos fuisset conuitiatus, non erat perinde miranda tolerancia, propterea quòd dignitatis magnitudo, ac magistratus auctoritas, vel inuitam illam compulisset ad modestiam. Nunc verò nec aduersus Sacerdotis puerum indignata est, quòd magis sibi etiam conciliauit Deum.

Vndecimo, alluesce excusare omnia quae ab alijs pateris. Quà de re bene ait Seneca: Puerum atq, excusare, faminam ferens, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit? Cogitemus quandiu placuerit. Sape & alias offendit? Feramus quod diu tulimus. Amicus est? Fecit quod voluit. Inimicus est? Fecit quod debuit. Prudentior cedemus, stultiori remittimus. Pro quocunque illud respondeamus nobis; sapientissimos quoque viros multa delinqueret: Neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsi excidat: Neminem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruidus factum casus impingat: Neminem tam timidum offensarum, qui non in illas dum vitat, incidat. Et alibi: Naturam excusamus voluntatemq, facientium. Puer est: Aetati donec, nescit an peccet. Pater est? Aut tantum profuit, ut illius iam iniuria ius sit, aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quòd offendimur. Mulier est? Errat. Iustus est? Necessitati quis nisi iniquus succedet? Laesus est? Non est iniuria, pati quod prior feceris. Index est? Plus illius credas sententia, quam tua. Rex est? Si nocentem punit, cede iustitia; si innocentem, cede fortuna. Mutum animal est, aut simile mutor imitatis illud, si irasceris. Morbus est, aut calamitas? Leuius transiit sustinentem, Deus est: Tam perdis operam, cum illi irasceris, quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui iniuriam fecit: Noli credere. Malus: Noli mirari. Dabit poenas alteri, quae debet tibi. Et iam sibi dedit, qui peccauit.

Duodecimo, Pleraque, ut suadet Seneca, in ludum iocumq, vertantur. Socratem aiunt colapho percussum, nihil amplius dixisse, quam molestem esse, quòd nescirent homines, quando cum galea prodire deberent.

h. do

de beneficiis. cap.

1. 1. de ira

1. 3. de ira cap. 11.

1. 1. de bono ser. p.

1. 1. de cap. 11.

1. 3. de ira cap. 11.

1. 1. de cap. 11.

1. 3. de ira cap. 11.

1. 3. de ira cap. 11.

1. 3. de ira cap. 11.

1. 3. de ira cap. 11.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

De multiplici silentio seruando tempore tribulationis.

131. **V**erè dixit S. Cyprianus, *Ambitum patientia late patere. Patientia enim virtus, & veritas eius ac largitas, de vniuerso quidem nominis fonte profiscitur, sed exundantibus venis, per multa gloriarum iumenta diffunditur.* Hæc eius itenera indicabo etiam in hoc Capite, quod silere docebit multis modis, dum cruce aliqua ab hominibus obertatur: in qua necessarium est multiplex silentiū, quo ad Christi exemplum (qui, vt ait S. Augustinus, *Aduersus dolos silentio dimicauit*) eius beneficio crucem, quam maximè feramus & sentiamus, nulloque profusus lenamine minuamus sensum doloris, vel mæroris, qui naturaliter solet oriri in parte inferiore sententiæ, ex incurfu persecutionum, & minuitur sermone, dolorem inde conceptum prodente.

137. In primis ergo Aduersariis nostris nos persequentibus, verbis non resistamus, nec id audire velimus. Si quis iniuriam pati, inquit S. Valerianus, *religæ plestrum oris tui, & obcura aures tuas, ne ad te irascens fratris verba perueniant: aut, si certè peruenierint, silentio deputentur.* Idem monet S. Ambrosius: *Quando aliquis nobis conuertiatur, læcesit, ad violentiam pronocat, ad iurgium vocat, tunc silentium exerceamus, tunc muti fieri non erubescamus.* Si seruius conuertiatur dicat, iustus tacet: si pauper criminetur, iustus non respondet. Hæc sunt arma iusti, vt cedendo vincat. Inuenitur dicentem: *Obmutat & humiliatus sum, & silui à bonis.* Nam cum ei conuertiaretur Semei, tacebat David, & eum, qui vindicare in eum vellet, non permisit. Ibat ergo tanquam mutus & humiliatus, ibat tacens. Et alibi: *Noli respondere irato ad iracundiam eius, siue imprudenti ad imprudentiam eius. Cito culpa culpam excutit. Si lapides serias, nonne ignis erumpit? Ferunt gentiles dictum Archyæ Tarentini Philosophi, quod ad villicum suum dixerit: O te salcem! quam te afflictarem, nisi iratus essem.*

Et alio Capite, Proficientium in virtute, ait esse, non torquere contumeliam, & si alter insuas conuertiatur, & inuadet aures eius contumeliosè, tacere, & nihil respondere &c. Sic David, cum malediceret ei Semei, & crimina obiceret, tacebat, & humiliabatur, & silebat à bonis suis, hoc est, bonorum operum conscientia. Et S. Chryostomus: *Afficit te contumeliâ, tace, & benedic, si potes. At iniques, quando maiorem viderit humanitatem, tanto magis irgebit. Igitur propterea doles, quoniam mercedem tibi maiorem accumulatur. Alioqui infirmum illum, hoc est, imperfectum, esse putat ibidem, qui eisi donet iniuriam suam, si tamen obiciatur crimen, non sit contentus conscientia sua, etiamsi se eius obiectum alienum nouerit, sed cupiat abluere ingenii padoris notam, & conuictum conuictio expendat. Plena victoria est, inquit B. Laurentius*

Iustinianus, *ad contumeliam acclamanti non respondere, & tacere eo prouocante.* Nam sicut nihil est deformius, quam respondere furiosis, ita nihil est vitiosius, quam tacere nobis prouocatis. Et, vt scribit S. Bernardus, *Expedit cedere persecutori, quam resistere, fugere ferientem, quam referre.* Pteritum, quia vt dixit Abbas Pastor in Vitis Patrum, *Omnis labor, quicumque euenit tibi, ex taciturnitate superabitur.* Callianus inter monita, quæ dat ad perfectionem consequendam, ponit etiam hoc: *Si tibi, vel cuiquam conuicta si irrogantur iniuria, esto immobilis ad responsonem talionum, vt mutus auscultat, semper hunc Psalmistæ versiculum in corde decantans: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua meâ. Posuori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.* Hanc veritatem bene intelligens quidam Senex in Vitis Patrum, rogatus à quodam Fratrem: *Da mihi Pater vnam rem, quam custodiam, & saluer per eam.* Respondit ei Senex: *Si poteris iniuriari & affici conuictis, & portare ac tacere.* Magna est hæc res, & super alia mandata. Ideo demones ipsi eos, qui tale seruant in suis iniuriis silentium, valdè reuerentor. Hinc cum quidam Frater requisisset Abbatem Isaac Abba, quare te ita demones timent? Respondit Senex: *Ex quo factus sum Monachus, status apud me, vt iracundia mea foris guttur meum non proccederet: & idè timent me demones.* Omnino timent tales demones, etiam iudicio Dei Patris, qui tales commendans S. Catharinæ Senensis, hæc dixit: *illi qui delectationem habere contempserunt, eligentes & optantes propter me penam habere, magis priuati sunt in mea caritatis ardore succensi & igniti, ubi voluntas eorum est omnino consumpta. Quare diaboli valdè metuit baculum caritatis ipsorum. Idè sagittas suas iactat à remotis, nec audent eis adherere.* Quocirca, dum aliquid ab altero patieris, tace, nullo aspero verbulo ei responde, quia & in Ethnicis talis taciturnitas commendationem habuit. Eretrius quidam adolescentulus, in Zenonis scholâ eruditus, cum domum redisset, rogatus à Patre, quidnam à Zenone didicisset? Ostendam, inquit, nec verbum ampliùs addès, parenti bilem mouit, indignanti, quòd nihil ampliùs responderet. Idcirco filium acerbius cecidit. Post verbera à filio sine clamoribus & verbis lato vultu suscepta, parenti tantum sufficienti silentium, tandem respondit: *Hoc ipsum didici, vt iram patris moderatè ferrem.* Si è Zenonis scholâ tales prodierunt discipuli, quantò magis prodire debent è Christi & sanctæ Ecclesiæ, ac Religiosi status scholâ, vt læcessiti iniuriis silèat, modis infra explicandis: Est enim quoddam incrementum Martyrium, tempore persecutionum silere: quia id graue est, præsertim innocenti & honesto homini. Nam, vt scribit S. Ildorus Pelusiota, *Et qui merore obrutus & prostigatus, molestorum narratio solatiij non nihil affert, ac præsertim cum ad sinceros amicos sit. Silentio quippe ingruescit calamitas. Permulti siquidem ob peccatore*

de bono patientie cap. 9.
136. in Plat. 7.
h. 11. de bono cõser. pacis.
li. Offic. cap. 5.
cap. 6.
Psal. 28.
cap. 21.
esp. 48.
h. 31 ad pop.

de patient. cap. 4.
epist. 1.
L. 5. libel. 16. nu 9.
I. 4. Inst. cap. 1.
L. 5. libel. 16. nu 9.
I. 4. Inst. cap. 1.
Ruff. 1. 4. num. 85.
Pelag. li. 1. n. 83.
Rof. pag. 513.
Ruff. 1. 3. num. 89.
Pelag. li. 1. n. 22.
Rof. pag. 513. col. 2.
dial. c. 78.
Ælian. 1. 9. hist. cap. 33.
139. 1. 3. ep. 8.



pressas ac silencio traditas miserias suas, in graues & periculosos morbos inciderunt.

140. Secundo, Si ignoras, noli querere, quis author fuerit & cooperato tuarum aduersitatum. Hoc enim expetit scire amor proprius & cor impatiens: & hac ratione disponitur homo in actu primo, ad affectus inordinatos, erga authorem, & cooperatores nostrarum persecutionum: à quo longè debet abesse is, qui Christi crucem amat, quam ita amare debet, vt moraliter sit impotens, ad habendos affectus inordinatos,

Gen. 39.9. erga tales, vti fuit S. Patriarcha Ioseph ad peccandum, dum dixit impura Dominæ: Quomodo possum hoc malum facere & peccare in Dominum meum? id est, non possum: iuxta illud: Omni qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Talium enim aduersitatum ignorantio, multa impedit peccata. Non expedit, inquit Seneca, omnia videre omnia audire; multa nos iniuria transeant, ex quibus plerumque non aspiciamus, quia nescimus: non vis esse iracundus: Ne sis curiosus. Qui inquit, quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si secretò habuit sint, erunt se ipse inquietat. Non quemadmodum facta sit iniuria referi, sed quemadmodum lata.

141. Tertio, Noli inquirere, quid à tuis aduersariis, & quomodo dictum sit, vel factum, vel scriptum aliquid de te, in aliqua re, ex qua orta est crux tua. Vt id nesciens putet, vel saltem timeat, amor tuus proprius maius aliquid, quam in re fuerit, esse factum, vel dictum, redundans in tuam humiliationem, vt hac existimatione & metu maior accedat molestia, amori tuo proprio, & parti inferiori. Cum quidam Prælati Conclusiones quasdam publicè vulgasset contrarias Decretis, à B. Laurentio Iustiniano Patriarcha Venetorum latis, contra sumptum & ornatum mulierum, & qui disputationi interfuerat, rem omnem, vti se habuit, narrasset, non verbis solum sed ore, & oculis, & manibus, sic indignantibus, vt non eum solum, in quem essent illa iactata, sed quemuis alium immunem ab iniuria, facili commoueret; Laurentius sine mutatione vultus vllà, nihil indoluit, nihil questus est, imò noluit scire, quis affuit, quis dixit, non fronte, aut vultu, signum aliquando vel minimum edidit animi commotiois. Grauisimum tormenti genus est, metus tormenti, inquit noster Didacus de Celada: plus aliquando torquet opinione quam re. Nam res semel toleratur, metus calamitatem amplificat & multiplicat, & ferit anticipato vulnere, toties repetito, quoties subit eius memoria. Idèd S. Hilarius de Honorato scribit: Verrimè semper suos consolatus est, ac nihil magis timuit, quam ne diuturnè suos desperatione conficeret: Intellegens poena facilius ferri extrema, quam dubia. Expectato enim poena quoddam desperationis genus est. Animus suspensus dira crux sui ipsius est. Optabat impius Cain morte mortem fratris redimere. Parum est vna mors pro tanto facinore vindicando. Vt à castigaberis, qua plures &

repetitas mortes tibi infligat. Mors enim, inquit S. Ambrosius, hanc rem tractans, vna est in secessione anima & corporis, & in sine istius vite: que simul, vt venit, omnes corporis dolores auferre, non augere consuevit. Metus verò, qui hanc vitam viuentibus frequenter ingruunt, mœstia, dolores, gemitus, diuersiq; cruciatus, plurimas etiam mortes generi humano inferunt, vt ista mors remedium esse videatur, non poena. Sic Christus Dominus, qui intrepidus tormenta subit, dum illa ipsa metu presentit, factus in agoniâ prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis. Quamquam est & altera causa vitandæ talis curiositatis. Nam, vt scribit Seneca, Qui inquit, quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si secretò habuit sint, erunt, se ipse inquietat.

Quarto, Noli indagare cur aliqui vel sint alienati à te, vel aliquid fecerint, redundans in tui humiliationem vel molestiam: ne causas sciens, possis (etiam si velles ex proprij amoris instinctu) te excusare, & defendere, tuique defensionem crucem, quâ premeris, reddere leuiorem, aut amouere à te. Hoc seruauit Abbas Moyses, qui cum esset factus Clericus, volens Episcopus probare eum, dixit Clericis: Quomodo intrat Abbas Moyses ad altare? Expellite eum; & sequimini, vt audiatis, quid dicat. Dum autem non possent mittere foras, dicebant ei: Exi foras Aethiops. Ille verò (nil eis respondens, nil interrogans, non inquirens cur id facerent) sibi ipsi dicebat: Bene tibi fecerunt cinerente & caccabate (verba sunt referentis) qui cum homo non sit, quare te in medium hominum dare presumpsisti.

Quinto, Noli te excusare, dum condemneris, seu purgare: præsertim si non auditis condemnaris. Præbuit huius rei exemplum in primis in nouo Testamento Beatissima Dei Genitrix Maria, quæ cum cogitare posset se pro ab alio defloratâ haberi à Iosepho, se prægnantem videntem, tacuit, & ita tacuit, vt oportuerit eius innocentiam cælesti testimonio per Angelum probari: quam tamen postea non defendit, dum Christus Dominus pro filio Iosephi haberetur, & appellaretur. Nonne hic est fabri filius: nonne mater eius dicitur Maria & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: & vt dicitur alibi: Nonne hic est Iesus Filius Ioseph? Hac occasione quaerit S. Hieronymus: Quare non de simplici Virgine, sed de desponsatâ concipitur? Respondet Hugo Cardinalis aptè ad nostrum propositum: Altera causa, inquit, ne satis Virginitatis daretur causa, vel occasio excusandi se de infamiâ, quod & Mater Christi infamata fuerit. Tacendo ergo, qui infamati sunt Deiparam innocentissimam Virginem imitantur.

Christus quoque Dominus hoc ipsum nos docuit postea: Accusatus enim in rebus grauissimis, mortem certam ei allaturis, tacuit primum coram Caipha: postea coram Herode: b Denique & coram Iudice Pilato, e à quo morti ad iudicatus est. Quod eius silentium infra ponde-

lib. 1. de Cain c. 109
13. de id. cap. 11.
142.
L. libel. 15. n. 29.
Rof. 108. 62. n. u.
29.
Ruff. 1. num. 114.
145.
Mart. 13. 51.
10a. 6. 44.
Comit. in Mart. 18.
2. 6. 61.
6. Luc. 24. 9.
c. Matth. 27. 12.

in c. 9. Iudith. 5. 12. num. 46.

c. 14. vitæ

c. 7. vitæ B. Iust. niani.

Gen. 39. h. 62. in Genef. fabo. Præbuit quoque huius rei exemplum Patriarcha Ioseph, uti ponderat S. Chryostomus: Accusatus enim ab impura femina innocens, abductus in carcerem, silenter tulit omnia: Non sicut alij, qui dum non sunt sibi conscij malitiae, sicut quando rei condemnantur, magnâ venturâ fiducia, & dicendis libertate superbientes, & inflati & insurgentes contra eos, qui infontibus crimen intentant. Verum ille non sic, sed filis & omnia mansuecē fert. & magnâ cum patientiâ, Dei expectat subsidium. Et, ut loquitur nos- ter Didacus de Celada, maluit haberi flagitij, quam libidinis excusate reus. Sancta quoque Susanna accusata tacuit. Susanna mulier, inquit S. Augustinus, vel potius S. Maximus, tacuit inimicos suos & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est, sed in sanctâ femina, tacente lingua, pro eâ castitas loquitur. Castitas enim Susanna affuit in iudicio, que Eue defuit in Paradiso. Ibi enim rade: i eius consuluit, hic saluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Hanc quoque laudans S. Ambrosius, Susanna, ait, postquam tacet in iudicio, melius locuta est oraculo: & ideo Propheta meruit defensionem, que propriè auxilium non quesuit. Simile exemplum est in S. Petro Martyre, Ordinis Prædicatorum condemnato prius, quam inquireretur de veritate accusationis. Hoc factum ita narrat Ioannes Flaminus in vitâ eius: Veneri, inquit, ad Petrum orantem tres de calo Virgines, & cum eo colloquebantur. Quidam Cœnobites, dum ea transirent, plurimum quidem colloquium, & femineas voces audiere, & mortuum esse puellarum cum illo congressum rati, & indignè rem ferentes, ad Archicœnobitam rectâ tendunt, & quid audierant, narrant. Deceptus & ille est, dum temerè credit, & Patribus illico conuocatis, & B. cum illis Petro, narrat omnibus quid de illo audierit, & testes adducit. Accusatus, & grauius increpatus, non negat, nec fatetur, sed flexis genibus se peccasse ait, & veniam petit. stupere omnes, indignitate reas, fadrate, cum præcipue, ut sanctum illum hæcenus magno in honore habuissent. Tunc Archicœnobita, quando, inquit, rem tam turpem & in Monasterio ausus es, ac indignum te nostro consortio reddidisti, procul hinc ad Esinate Monasterium abibis. Abiit ille, fortis animo tantam ferens ignominiam.

146. Antiquius est in Paphnutio, adhuc adolescēte, qui cum tanta in pueritia esset virtutis & gratia, ut etiam præclari ac summi id temporis Viri, grauiatē eius ac immobilem cōstantiam mirarentur, eamq; licet minore esset ætate, pro virtutum tamen merito Senioribus exequarent, suog, Ordini ducerent inferendum, tuor ille, qui aduersus Ioseph Patriarcham, frater nos quondam animos instigauit, quendam de numero fratrum edacâ zeli igne succendit: qui nauo quodam, ac maculâ eius pulchritudinem cupiens deformare, hoc genus malignitatis excogitauit: ut opportunitatem temporis caperet, quo Paphnutius ad Ecclesiam die Dominico processurus, abisset à cellâ. In quam furtim irruens, codicem suum inter eius plectas (id est, ut notauit Ciaconius, virgulas è palmâ, iunco, aut sparto contextas, ex quibus sportæ canistra,

aliaque similia conficiuntur, dictæ à verbo πλεξω, quod necō, vel plecto significat, quas Ægyptij Siras vocant) quas de palmarum folijs solebant intexere, latenter abscondit, ac de concinnatâ factione securus, ipse quoque velut pura ac simplici conscientia ad ecclesiam venit. Cumq; ex more celebrata fuisset solennitas, querelam S. Isidoro (qui ante hunc eundemq; Paphnutium eiusdem Eremitæ Presbyter fuit) coram cunctis Fratribus detulit, asserens sibi codicem de cellâ furtim fuisse sublatum. Quæ eius querimonia, cum ita cunctorum, præcipueq; Presbyteri animos permouisset, ut quid primum suspicarentur, quid dē decernerent, non haberent, summa cunctis admiratione percussis, de tam inauditi illic facinoris nouitate, ille, qui rem detulerat, accusator, vrgebat, ut reuerti in Ecclesia omnibus, electi quiq; cunctorum singillatim fratrum cellas seruariantur. Quod cum tribus Senioribus à Presbytero fuisset iniunctum, vniuersorum cubicula reuoluentes, ad extremum in Paphnutij cella absconditum codicem, inter plectas palmarum (quas illi Siras vocat) sicut eum insidiator occuluerat, reppererunt. Quem Inquisitores confestim ad Ecclesiam delatum, cum coram omnibus retulissent, Paphnutius licet de conscientia sua sinceritate securus, tamen velut, qui crimen agnosceret, satisfactioni se totum tradit, locumq; penitentiæ suppliciter postulauit: hoc verecundia modestiaq; sua prospiciens, ne si maculam furti verbis conaretur abluere, insuper etiam mendacij notaretur, nemine scilicet aliud, quam id quod inuentum fuerat, suspicante. Cumq; de Ecclesia non tam mente deiectus, quam iudicio Dei fidens, protinus abscessisset, profusus in oratione iugiter lacrymu, triplicatisq; ieiunijs, summa se etiam in conspectu hominum mentis humilitate prostrauit. Sed cum duabus ferme hebdomadis ita se omnino contritioni carnis ac spiritus subiecisset, ut die Sabbati, vel Dominico, non ad percipiendam Communionem sacram, sed ad prosternendum se in limine Ecclesie, atque ad veniam postulandam, matutinus accurreret, nequam passus est eum occultus omnium testis ac cognitor, vel à se amplius conteri, vel ab alijs infamari. Nam quod ille inuentor sceleris, rei sua sui improbus, laudis aliena callidus infamator, nullo hominum teste commiserat, per diabolum, qui criminis illius inuentor fuerat, publicauit. Arreptus namq; durissimo damone, cunctas factionis occulte patefecit insidias, criminationumq; ac fraudum idem fuit proditor, qui commentor. Ita autem spiritu illo grauius, diuq; vexatus est, ut ne orationibus quidem Sanctorum illic consistentium, qui Diuinorum charismatum meritis, demonijs imperabant, potuerit emundari: sed ne ipse quidem Isidori Presbyteri gratia singularis, crudelissimum ab eo exclusit vexatorem, cui tanta erat virtus, Domini largitate collata, ut ne vsque ad limina eius quisquam arrepticius, qui tardius sanaretur, aliquando productus sit: Christo hanc adolescenti gloriam reseruantē, ut illius tantam orationibus, cui insidiatus fuerat, purgaretur, & cuius laudē aliquid inimicus decerpere se posse crediderat, eius nomen proclamans, & delicti sui veniam, & finem presentis supplicij acciperet. Hac ergo ille in adolescentia sua, futura in adultis iam tunc indicia præsi-

presfigurans, lineas quasdam perfectionis illius, quae erat maturitate augenda, adhuc in annis puerilibus designavit. Si ergo ad culmen virtutis eius volumus pervenire, talia nobis exordiorum fundamenta sunt iacienda.

147.
l. 3. n. 29.
Rof. pag.
501. col. 1.

Pulcherrimum etiam exemplum de Eulalio refert Rufinus, & ex eo noster Rosveydus in Vitis PP. qui in monasterio existens, gratis humilitatis sibi ornatus. Si quid igitur, ut solet, culpabile Fratres commississent negligentiores, excusantes culpas suas, supradictum Fratrem asserabant culpabilem. Cumq; argueretur à Senioribus Fratribus, non negabat, sed prosternebat se ad terram, & adorans eos, se dicebat peccasse, & negligenter fecisse. Cum autem iterum & frequenter accusarent illum, & secundum Regulam monasticam biduana & tridiana ieiunia indicerentur illi, omnia patienter tolerabat. Ignorantes autem Fratres, quod omnia hac pro humilitatis virtute patienter sustineret, convenientes pariter, & maxime Seniores, ad Patrem monasterij, dixerunt: Considera, Pater, quid faciendum sit, quandiu enim possumus sustinere negligentias & damna, quae Frater ille Eulalius facit in Monasterio? iam penè omnia vasa & utensilia monasterij contracta sunt, & exterminata per negligentiam eius. Quomodo ergo iste talis tolerandus est? Respondens Pater Monasterij ait: Interim paucos dies sustineamus Fratrem, & postea ordinabimus de eo, quod competit fieri. Hac dicens dimisit Fratres. Ingressus verò cellulam prostravit se in orationibus, obsecrans misericordiam Domini, ut ei manifestare dignaretur, quid ordinare, aut definire posset de sepe dicto Fratre. Tunc reuelatum est ei, quid ageret. Conuocavit ergo omnes Fratres Abbas, dixitq; eis: Credite mihi, Fratres, quia magis opto mattulam Fratris Eulalij cum humilitate & patientia eius, quam omnia opera eorum dimittaxat, qui murmurantes in cordibus suis operantur in Monasterio. Ut autem vobis ostendat Dominus, quale meritum habet ipse idem Frater apud Deum, precipio vobis ut deferantur mihi mattulae omnium Fratrum: quas cum tulissent, iussit ut accenderent ignem, & misit eum in omnium Fratrum mattulas, quae statim combustae sunt, praeter mattulam Fratris Eulalij, quae integra reperta est, & non est combusta. Cumq; hoc vidissent Fratres omnes, timuerunt valde, & prostraverunt se in terram, veniam & indulgentiam à Christo Domino postulantes, & collaudantes admirabantur nimis patientiam & humilitatem Fratris Eulalij. Denique ex eo magnificabant & honorabant eum, tamquam unum de magnis Patribus, ipsi autem honores, & laudes non poterat sustinere Frater Eulalius dicens: *Vae mihi infelici, qui perdidit humilitatem meam, quam tantis temporibus acquirere, auxiliante & adiuvante me Christo Domino festinaui. Consurgens itaque nocte, egressus de Monasterio fugi in Eremum, ubi nullus illum cognosceret, & ibi in spelunca habitavit. Noluit enim temporales hominum laudes, sed caelestem aeternamq; gloriam à Salvatore nostro Christo in futuro saeculo percipere.*

148.
Surius 8.
Febr.

Sic S. Marina, vel, ut alij cum Metaphraste, Maria Virgo, cum Patre Eugenio habitu virili

induta, monasterium ingressa, plena sanctitate, donum habens curandi daemónicos, stupri accusata, cum à Praefide Monasterij nimis credulo, non praemisso examine damnata fuisset, Marina se humi proiecit in faciem, dicens Praefido: *Condone mihi humili & peccatori propter Dominum, ó Pater, quoniam tanquam homo erravi. Tunc Praefidus ei iratus, eiecit eam à Monasterio. Egressus autem (B. Marinus potius, quam Marina) extra vestibulum Monasterij, mansit sub dio sustinens frigus & aestus tres annos. Rogatus ab ingredientibus & egredientibus ex Monasterio: Cur sic sedes, Abba, afflictus in vestibulo dicebat: Quoniam sum fornicator, propterea eiecit sum ex Monasterio. Vbi verò illa puella peperit masculum, tollens eum pater eius, Marino proiecit puerum, quem is accepto lacte à Pastoribus alebat. Post triennium receptus ad importunitatem Fratrum à Praefido Monasterij, & de primo, quem habuit, gradu deiecit, ad omnium postremum, & ad viliora & abieciora, dicens Praefido cum lacrymis: Hoc quoque mihi magnum est, & venerande Patris, quod me dignum feceris, qui ingredere in vestibulum, cum magno metu & compunctione, & puerulum illum alebat, postea factum Monachum probum. Postea, nemine sciente, inuentus mortuus, & agnitus sexu mulier. Quo agnita Praefidus se proiecit ad pedes eius, clamans: Ignosce mihi Domine Iesu Christe, quod per ignorantiam peccavi in sanctam & castam sponsam tuam. Hic moriatur ad sanctos pedes tuos, donec audiero mihi esse condonata ea, quae in te peccavi. Cum autem diu staret, venit ad eum vox de caelo dicens: Si hoc sciens fecisses, non tibi condonarem, quia autem nesciens fecisti, peccatum fuit tibi condonatum. Sepulta est Marina in loco insigni. Puella verò illa à demone arrepta, confitens omnem veritatem, adducta ad sanctas reliquias fuit curata.*

Vide Rosveydum in Vitis Patrum, & in Surio Rof. pag. 353.
Surius
novus 11.
Febr.
Ruf. l. 1.
num. 59.
Pel. lib. 1.
n. 21.
Rof. pag.
515. col. 1.

novo, vitam S. Marini, similem, qui per quinque annos, dicitur extra Monasterium penituisse, ob scelus falsè sibi adscriptum. Sic & S. Macarius stupri accusatus, & ob id fastibus caesus, per quae plateas circumductus, & tanquam oppressor puellae coram populo proclamatus, & puellam alere operibus manuum suarum coactus, tacuit. Tandem cum puella partui vicina, diebus plurimis, in pœnam calumniae, parere non posset, detexit Macarij innocentiam, & aliam sceleris authorem prodidit. Hos imitatus B. Laurentius Iustinianus, cum in Capitulo, ut vocant, à Fratre quodam simplicioris ingenij, accusatus esset de quadam re circa negotia Monasterij factâ, quamvis intelligeret hominis ingenium, & purgare facile posset, quod obiecerat, subsistit primum quasi non audiret, tandem leni gradu, in medium procedens genibus flexis, Ignosce, inquit Patres: peccavi in calum & coram vobis. Ecce penitentiam, quam dederis, agam. Tactus penitentia Fratris ille ad Laurentium occurrit, & veniam petens, eius pedibus aduolutus est. Iterum autem cum simile quippiam falsè obieceretur, compressâ Laurentius mordicus linguâ, nihil respondit. Hic est praedestinatorum ad

magis in terra sanctitatem, & in celo gloriam procedendi modus. Extat eiusdem silentij præclarissimum exemplum in virâ P. Balthazaris Alvarez: Nam cum in quadam Congregatione Provinciali, aliquid satis grave de se fuisset dictum, propter quod publicè fuit ab omnibus reprehensus, ipse hærebatur, cogitans an expediret reddere rationem sui, eò quod quidam ex grauioribus & SS. PP. qui ibi aderant, ei suadebant, vt faceret, eò quod bonum ipsius nomen in materia virtutis tanti esset momenti, tam erga domesticos, quam erga externos. Sed cum illud consilium propensionis sue valde arrideret, noluit illi fidere, sed locutus est cum alio quodam valde fideli seruo Dei, qui dixit ei: Si taceret, nec publicè nec priuatim in eà causa pro se responderet, fore id magnum & gratum Deo sacrificium. Et ita fecit: successitq; illi adeò bene apud Deum, qui liberali manu heroicum illud silentium remuneratus est, vt sepius illi gratias egerit pro tam bono consilio, quod postea in omni occasione occurrente obseruauit: & quamdiu Superiores non iubebant ex Obedientiâ, sui, rerumq; suarum rationem reddere. Hoc ipsum docuit S. P. N. Ignatius. Nam cum mitterentur à Paulo III. Iacobus Laynes, & Alphonsus Salmeron, tanquam eius Theologi, ad Concilium Tridentinum, S. Ignatius inter monita ad priuatam ipsorum animi curam hoc quoque dedit, vt quisque singulis noctibus alterna-
 rum reliquos duos socios rogaret, vt ipsum corrigant, & vbi visum fuerit, liberâ oratione castigent: nec castigantibus causam facti redderet, nisi postulata & iussu. Hoc spiritu plenus noster Petrus de Montoy, cum in seculo ditissimus & splendidissimus Societatem esset ingressus, bene instructus humanioribus literis, & semel iterumque ad studia Philosophiæ applicatus, multis lacrymis liberationem impetrasset, & Ianitorem in Collegio Trequiriensis ageret, inuentus à Patre Rectore, rei & personæ ignaro, legens latinum librum Thomæ à Kempis, continuò asperis verbis affectus, quasi ostentationis causa talem librum legeret, in culinam detrusus, summo silentio hanc Christi crucem excepit, & portauit, & longo tempore inter varias acerbasque reprehensiones, culinarios labores pertulit. Tandem Rector agnitâ conditione personæ, facti pœnitens, Petrum accersiu, & flexis genibus veniam petiit, Petro è contra totam culpam in se transferente. Tandem post Coadiutoris officia decem annos transacta, vi ad sacerdotium pertractus est. Silentio eius humili, valde in auribus Dei clamante, qui de stercore eleuat pauperes, vt sedeant cum Principibus populi sui.

Dedit hac de re præclarum monitum S. Teresa in itinere perfectionis. Magnum, inquit, humilitatis argumentum est, videre immeritò & innocentes nos damnari, & silere. Quod qui faciat, no ille Dominum Deum egregiè imitatur. Vnde etiam atque etiam vos rogo, vt vos quoad hæc exercere satagatis, magnos quippe fructus secum hæc res fert: & vice versa nullum omnino in nostri excusatione commodum vi-

deo, nisi forte quibusdam in casibus, dum scilicet proximo irascendi occasionem daremus, veritatem ei non aperiendo &c. Equidem permagni referre arbitror, vt huic se virtuti quisque assuefaciat, aut veram à Domino humilitatem obire satagat, etenim ex hac altera illa proueniat oportet &c. Nunquam vllum aliquod malum de me loquentem audiui, quin liquido perspicere, minus illum dicere, quam reuera id erat. Nam est forte eadem mala non essent, in aliis tamen plurimis Deum offenderam, vnde etiam plus quam satis mihi facere videbantur, quod de aliis nihil dicerent. Etenim semper magis mihi placet, vt quæ falsa sunt, de me dicant, quam quæ vera sunt &c. Licet id nobis peccatum non sit, cuius insimulamur, nunquam tamen ita omnis culpa experies sumus, sicut bonus Deus erat. Dixerat autem supra bis: illud hic homo præcipue lucratur, quod Dominum aliqua saltem in re imitetur.

Omnino imitantur Christum, qui tacent, dum persecutiones patiuntur. Christus enim, dum male diceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Hoc præiudicat Iaias: Quasi agnus coram tondente se obmutescet & non aperiet os suum. Et coram Pilato ad laudes suas (eas refutans) respondet, dum interrogatur, Ergo Rex es tu? Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Accusatus à Principibus Sacerdotum & Senioribus, pro sui defensione nihil respondit. Dicentibus, inquit S. Chrysostomus, maleficum esse, & quo eum arguerent non habentibus, tacuit, tamen cum de Regno interrogatus est, tunc locutus est ad Pilatum, erudienti eum, & ad aliorum irigens. Tacuit Saluator, inquit S. Augustinus, quia taceat lingua necesse est, vbi ipsa veritas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio, quæ in malis causis obticere consuevit. Nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusare. Sciuit enim Saluator, quomodo tacendo vinceret, quomodo non respondendo superaret: atque adeò causam suam mauiit comprobare, quam dicere. Nec tantum loquendo pro se, defendendo se, commendare voluit innocentiam suam, sed & dæmoni dicenti: Scio quod sis Sanctus Dei, ait, Obmutescet. Neminem tamen conuiciantem sibi prohibuit à loquendo. Saginari enim voluptate patientia discessurus volebat, inquit Tertullianus. Id prædixit sanctus Spiritus: Saturabitur opprobriis. Non dixit, inquit S. Ambrosius, Subibit opprobrium, facile enim est vnam, aut alteram contumeliam sustinere: addidit, Saturabitur opprobriis: quod facilius Domini moueat misericordiam, opprobriorum complurium deformitate miserabilis. Quamobrem meritò dixit Apostolus: Factus est pro nobis maledictum. legitur & nos, vt monet Tertullianus, Dominum serui consequamur, & maledicamur patientes, vt benedicti esse possimus.

Sextò, Dum interrogatis ab eo, qui habet ius sciendi, an deliqueris, ad id tantum præcise responde, quod sufficit ad interrogationem, non commemoratis aliis rebus, vel circumstantiis, quæ magis possent declarare innocentiam tuam, aut aduersarij culpam.

Admirabile præbuit huius rei exemplum ancilla Gen. 16. 6.

151.
Or. 1. 5.
num. 2. 6.

152.
An. Pro. 1.
B. 1. 1. 2.
158 Col.
leg. H. 1.
pal.

153.
153. in. 1.

154.
1. Pet. 2.
23.
Ia. 53. 7.
Marth. 27. 12.
h. 83. in
Marth.
f. 118. de
temp.
Mar. 1. 2. 4.
1. de pat.
cap. 3.
Thren. 3.
30.
f. 10. in
Psal. 118.
Gal. 3. 13.
1. de pat.
cap. 8.
155.

ancilla Seræ Agar, que cum fugam inisset, ed quod affligeretur à Sarâ, tamen inuenta ab Angelo in solitudine, & interrogata: Agar ancilla Sarai, unde venis, & quò vadis: sicce respondit: A facie Sarai Domina mea ego fugio. Vbi Chryostomus, Vide inquit, quomodo citra odium meminit Domina. Non dixit, malè afflixit, non dixit, Grauiam mihi fecit, non possum ferre molestiam eius, & ided fugam inij: sed solum seipsam vt fugitiuam accusauit. Sic faciamus. Verùm, si Superior vellet scire omnia prorsus; studio obedientiæ sine desiderio vindictæ, & nostræ satisfactionis, dicenda sunt omnia. Hoc modo S. Eugenia Virgo, cum spreto Sponso profugisset, seruandæ virginitatis causâ, & virili habitu vta, inter Monachos se abdidisset, stupri accusata, coacta fateri, quæ esset, falsa est, & tandem martyrio affecta. Quando autem non exigitur responsum citò dandum pro tui purgatione, differ illud, quamdiu potes licitè, vt quam diutissime patiaris, siquidem purgatio tui adfert finem crucis, & humilitationis tue: quod crucis amatoribus displicet. Vellent enim totâ vitâ suâ pro Deo suo in cruce viuere, & Crucifixo mori.

156. Septimò, Noli te purgare etiam coram iis, à quibus scis, vel suspicaris, te accusatum, sed dissimula; non quidem eo spiritu, quo politici faciunt, iuxta consilium Ennodij: *Abstine à responsis, damna prouocante contemptu.* Qui tacendo, se non esse lætos ostendunt, vt lædant eum, qui lædere conatus est. Idcirco quis te lædit, vt doleas, inquit Tertullianus, quia fructus lædenti in dolore læsi est: ergo cum fructum eius euertis non dolendo, ipse doleat necesse est, amissione fructus sui. Si ergo inflati spiritu superbiæ vel impatientiæ, dissimulant se offensus, & ided tacent, (vnde tale silentium Tertullianus vocat, *insanentem impatientiam*) multò magis pro Deo, ex impulsu veræ patientiæ tacendum est. Imitare Christum, qui tanquam mutus non aperiebat os suum. Imò, vt ponderat S.

157. Ambrosius, tanquam mortuum sepeluerat, ne posset etiam loqui in defensionem sui. Nam verba illa: *Pone in puluere os suum, si forte sit spes, sic legit. Dabit in sepulturam os suum: & sic explicat: Ostendit quandam supra modum taciturnitatem patientia, vt tanquam sepeliat os proprium, ne loquatur. & velut quodam aggerè virtutum obstruat, ne vocem doloris emittat, tantum pondus asserens patientia, quam spes foueat, vt vocem illam velut busto quodam, ac tumulo sepeliat, ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare possit iniuria. Hanc ob causam, cum B. Clara de Monte Falco, à quibusdam dyscolis iuuenibus publicè infamaretur, & irrideret tanquam gula dedita, & cibi delicatis vti solita, monereturq, vt se purgaret, respondit, nolle hac purgatione priuari se magno merito, quod inde sperabat, & satius esse illi, vt in hac de eius intemperantiâ opinione permanerent. Præsertim cum toti Monasterio constaret, eam totâ vitâ nunquam gustasse carnem, nisi tempore infirmitatis, iubente Medico & Confessario, eamq, tam modicam, vt*

quantitas vini nucis non excederet, & potius cibi eius quantitas, nimia ei videretur, si quando duas uncias excederet, ita Pergilius.

Octauò, Non tantum purgare te non debes coram iis, quos vel scis, vel suspicaris, fuisse causam tuatum molestiarum, sed ne quidem ostende coram iis, te scire eorum contra te dicta vel facta. Nam & significatio huius rei, est leuamen crucis, & aculeus hac ratione infigitur auctori crucis tuæ, qui nollet sciri se fuisse auctorem, vel cooperatorem illius crucis, aut suspensionem incurrere, & affligitur, si eius technâ innotescat ei præsertim, qui ob eas passus est aliquid, vel patitur, vel pati posset, successu temporis. Itaque ne te prius tanto bono, quantum est molestia, & dolor, quem pars tua inferior sentit, dum aliquid patitur ab aliquo, & ne auctorem crucis tuæ, dolore afficias, tace, foue ex amore crucis propter Deum amata, dolore tuum, eumque taciturnitate arcèa occlude, ne euaporet, quò magis affligaris. Nam, vt ait S. Gregorius, *Plerumq, cum nonnulli iniusta patiuntur, ed in acriorem dolorem prodeunt, quò ea qua sustinent, non loquuntur.* Nam si illatas molestias lingua tranquille dices, à conscientia dolor emanaret. Ided S. Bernardus reprimens lacrymas Gerardo fratre mortuo, scriptum reliquit: *Suppressus dolor alius in irrorum radicans, ed vt sentio acerbius factus, quòd non est exire permittitur.*

Nonò, Multò minùs responde illis, qui te contumeliantur, vel lacerant. Si te consumacia respondentis commouerit, inquit S. Ambrosius, & peruersitas impulerit ad indignationem, si non poteris mitigare mentem, reprime linguam tuam, sic enim scriptum est: *Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolorem.* Noli respondere irato ad iracundiam suam. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nonne ignis erumpit: Et alio loco: *Quando aliquis nobis conuertiatur, tunc silentium exerceamus, tunc muti fieri non erubescamus. Si taceas, solet disere, quid taceret: loquere si audeas: mutus es: elinguem te feci.* Si ergo taces, plus rumpitur: viduum sese putat, irrisum, post habitum, atque insultum. Si respondes, superiorem se factum arbitrat, quia parum inuenit. Si enim taceas, dicit: *Muconuertiatus est huic, contempit istum.* Si reseras contumeliam, dicitur: *Ambo conuertiati sunt, vterque condemnatur, nemo absoluitur.* Ne autem velut inuitus trahere ad respondendum, præsertim aculeatè, bonum consilium est Philonis: *Quisquis es, noli ynquam cum malis contendere, & primus esse in huiusmodi certaminibus; sed ante omnia, si potest fieri, cura vt fugias.* Nam, vt ait Christus S. Brigittæ: *Qui in commotione animi effundit, nimis quòd sentit, videtur quodammodo vindicasse se ipsum, & indicasse leuitatem animi sui. Ided vacuus erit à coronâ, quia noluit patientiam habere ad tempus, propter quam patientiam, & fratrem offendentem lucratus fuisse, & se ipsum ad maiorem coronam preparasset. Et alibi Christus D. ait: *Caveat, vt ne detrahatur, vel impropere molentibus se, quia, damnabile est, & detrahatur, & detrahatur.**

hom. 38.
in Gen.

Metaphr.
25. Dec.

I. r. ep. 2.
ad Flori.

I. de pat.
cap. 5.

I. de pat.
cap. 5.
Pl. 37. 15.

157.
Thren. 3.
19.

trahentem audire, & ex impatientia proximo exprobrare.

161. In hac re excelluit David, qui cum à Semei lapidibus esset impetitus, & iniuriis laceratus, tacuit, nil ei dixit, non, quod non haberet quid responderet amicis destitutus, & pudore oppletus, ut putat S. Basilus, nec ex affectu patientiæ, iudicio S. Ambrosij, nec non Origenis, Didymi, & Apollinatis, quin potius contra eos locutus, qui se contra Semei concitabant: Quid mihi, &

1. Reg. 16. vobis filij Saruiz? Dimitte eum, ut maledicat iuxta præceptum Domini, si forte aspiciat Dominus afflictionem meam & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hodiernâ. Quod ponderans S. Ambrosius, Quis, inquit, talem secum non compenet iniuriam, ut quem homo laesit, eum Deus meliorum retributione soletur? Hac enim ratione efficias, ut non diu cum offensa Dei eius maledicentia serpat.

11. Off. cap. 3. Contumeliam tibi imposuit iratus? siste silentio malum, inquit S. Basilus, & ne ventos imiteris, qui per flatum, id quod appulsum est, repellunt. Aliâ similitudine id illustrat S. Chrylостomus: Nonne vides, inquit, in adibus, quando ex aduerso & directè stererint dua ianua, siq; ventus vehemens, si alteram clauseris, nihil potest ventus, sed magna pars eius virium præciditur. Ita nunc quoque dua sunt ianua; os tuum, & eius, qui te contumeliis affectit & conuulsi. Si tuam clauseris, extinguis totum spiritum: Sin autem aperueris, non potest cohiberi. Tertullianus hoc ipsum explicat aliter: Omnis, inquit, iniuria, seu lingua, seu manu, incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo reum aliquid in petra constantissima duritia libratum & obrusum. Concidit enim ibidem irrita operâ, & infructuosa, & nonnunquam reperculsum in eum qui emisit, reciproco impetu sauiet. Hoc spiritu ducta S. Maria Magdalena, ut obseruauit S. Chrylостomus, quamuis ei Pharisæus obiecisset, quod peccatrix esset, non dixit ad illum: Cur nam, dicitur à peccatis mundus? &c. sed patiebatur, nec coram Christo conquirebatur de illo.

h. 9. de ita. h. 11. in 1. ad Theff.

1. de pat. cap. 8.

h. 17. in Acta. Luc. 7. 39.

162. Refert de se pulchrum huius doctrinæ & similis silentij exemplum S. Dorotheus, Quidam, inquit, frater ex tentatione vel simplicitate, nescio, Deus scit, nocturno tempore lotium in caput meum effudit: ita quidem, ut & lectulus meus totus maduerit. Similiter, & alij quidam fratres singulis quibusq; diebus ad excutiendas suas stercoras ante cellula mea ostium ventitabant, vnde tantam cimicum multitudinem, ad cellam meam progredientem videbam, ut eos conficere, & exstringere me posse desperarem. Erant enim igniti, & accensi, præ nimio calore: ceterum cum ego iuissem cubitum vniuersa illa cimicum multitudo, facta agmine in me vnum commigravit. Et somnus quidem præ labore nimio diurno iam aduenerat. Cum autem à somno tandem expergiscerem, corpusculum meum omne consumptum & depastum reperi. Neque tamen cuiquam illorum dixi vquam: Quid istud agis? vel ne obsecro istud agito. Neque memini me vquam locutum verbum aliquod, quod vel molestiâ, vel iniuriâ quem-

quam affecerit. Discite & vos Fratres, mutud onera vestra portare.

Decimò. Nec coram iis te purga, qui addicti sunt acculatoribus tuis, Eadem causa & hinc locum habet, quæ in priore puncto. Difficile tamen est id amori proprio, qui purgatione sui, quærit satisfactionem suam, quam ex eâ assequitur. Hinc meritò B. V. dixit S. Brigitta: Quid

dolorosius apud mundiales, quàm iniuriam suam dissimulare, & omnibus se credere & tenere indigniorem & humiliorem? Ita planè mundanis hoc difficile est. Sed S. Ambrosius ponderans illud: Ego autem

tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperui os meum; Iustus, inquit, accusatus tacet, laesus remittit, dissimulat læsusque. Hoc suauis B. Virgo S. Brigittæ, auditis verbis impatientie, dissimulato inquantum iustum est, audita tanquam non audita. Nā

& Christus Dominus auditis tot contra eum calumniis in omnibus tribunalibus, etiam apud Herodem, nihil respondebat. Quod perpendens S. Ambrosius, Christus inquit, calumniis appetitus, silentium detulit triumphale. Quasi silentio de hostibus triumphasset.

Vndecimò. Nec coram non addictis, eis te purga, si tales sint, qui si scirent te innocentem esse, sponte suâ te purgarent, & defenderent. Talis erat Anna, cui etiam emula eius insultasset, & probris afficeret, tamen, ut expendit S. Chrylостomus, Esis haberet maritum, qui ei inserebat; ei enim dicebat: Nonne ego tibi sum melior quàm decem Filij & ipsa emula eam probris afficiebat, & insultabat; eam tamen nunquam est vltâ, neque illi imprecata, nec marito dixit: Quoniam me probris afficit emula, me defende & vindica. E contra verò fecit Sara, cum

enim ab ancillâ despectui haberetur, coram viro quæta est de illâ, & de viro: Iniquè agis contra me; ego dedi ancillam meam in sinum tuum, qua videns quod concepit, despectui me habet: iudicet inter me & te.

Duodecimò. Nec coram iis te purga, illa sicut recense, qui etsi te non purgarent, tamen scientes tuam innocentiam, & tui accusationem, compatenter tibi, & cõpassione suâ leniorem tibi redderent sensum crucis & confusionis tuæ. Nam quemadmodum, cum aliqui beneficiis afficiuntur, etiam illi, quibus nihil conferitur, gratulantur illis, & benefactum collaudant, inquit S. Chrylостomus, sic cum inferitur quibusdam iniuria, illi etiam, qui nihil lesi sunt, compatiuntur afflictum, eumq; vituperant, qui iniuriam intulit. Maxentium autem societas, ut idem alibi ait, grauem tristitia vehementiam, auferre consuevit. Sicut enim in onere, si quis ponderis partem susceperit, soli ferenti sarcinam leuauit, sic & in omnibus aliis. Simile dictum est illud S. Nazianzenis: Magnum est infortunato remedium, miseratio ex animo collata: ac sincerè condolecere, calamitatem magnoperè leuat. De hoc potest intelligi secretum B. M. Magdalenæ de Pazzis, quæ solebat dicere: Nos debere habere semper aliquod occultatum à creaturis, scilicet aliquam mortificationem, vel materiam

163. 1. Reg. 1. Reu. cap. 13. Pl. 37. 14. 1. 4. Reu. cap. 14. Luc. 23. 9. 1. 17. in Pl. 118. 164. 1. Reg. 1. h. 24. in ep. Eph. 1. Reg. 8. Gen. 16. 5. 165. ser. de S. Droside M. h. 67. ad pop. or. de amore pauperum.



riam patientie alius ignotam, sed soli Deo notam, propter quam quotidie nos debeamus mortificare. Et hac via acquisit animus imperturbabilem, & continuam Dei presentiam. Vt scribit P. Virgilius Ceparius in vita eius.

cap. 26. 166. Pulchrè hoc declarat S. Thomas: Naturaliter amicus condolens in tristitia, est consolatiuus: cuius duplicem rationem tangit Philosophus; quarum prima est, quia cum ad tristitiam pertineat aggravare, habet rationem cuiusdam oneris; à quo aliquis aggravatus alleviari cupit. Cum ergo aliquis videt de sua tristitia alios contristatos, fit ei, quasi quadam imaginatio, quod illud onus alij cum ipso ferant, quasi conantes ad ipsum ab onere alleviandum. Et idè lenius fert tristitie onus, sicut etiam in portandis oneribus corporalibus contingit. Secunda ratio, & melior est, quia per hoc, quod amici contristantur ei, percipit ab eis se amari, quod est delectabile, vt supra dictum est. Vnde cum omnis delectatio mitiget tristitiam (sicut supra dictum est) sequitur, quod amicus condolens mitiget tristitiam.

q. 32. a. 5. Ponderat hoc silentium in Annâ, suam sterilitatem deplorante, & ab amulâ vexationes tolerante S. Chryostomus: Cum affligeretur, inquit, nemini suam aperuit calamitatem, ne Sacerdoti quidem dixit: amulam habeo mulierem, que mihi exprobrans, conuitiansq; chorum habet liberorum: ego verd, que modestam, mansuetudinemq; colo, ad hunc vsque diem nondum potui fieri mater, sed Deus conclusit vultum meum, cumq; videret afflictionem meam, non est misertus. Nihil horum dixit; sed suppresso calamitatis genere tantum indicavit se animo angere, dicens: Mulier in duro die ego sum: ne illud quidem dictura, nisi Sacerdos huc compulisset, suspicans eam esse temulentam. Atque ita etiam in Christo silentio prefam Iudæa proditorem commendans B. Laur. Iustinianus, insigne, ait, precipue bonitatis argumentum est, insidias pati, & silentio regere persequentem.

Decimotertio, Nec coram iis te purga, qui te non purgarent, nec tibi compaterentur. Quia sola nuda narratio aduertitatis; eam reddit minus molestam. Vnde Horatius: Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem Posses, & magnam morbi deponere partem. E contra pressus dolor silentio, magis affligit. Hinc S. Bernardus: Suppressus dolor, altius introrsum radicauit, eò acerbior factus, quò non est exire permittus. S. Thomas tractans de remedijs tristitiæ ait: Omne nocivum interius clausum, magis affligit, quia magis multiplicatur intentio circa ipsum, sed quando ad exteriora diffunditur, tunc anima intentio quodammodo ad exteriora disgregatur; & sic dolor minuitur interior. Et propter hoc, quando homines sunt in tristitia, exterius suam tristitiam manifestant; vel fletu, vel gemitu, aut etiam verbo mitigatur tristitia. De lacrymis id certissimum est. Hinc M. Seneca Pater scripsit, dolorem effluere per lacrymas. Et L. Seneca filius, Lacrymis profusus animum leuari. Et Quidius:

Est quadam flere voluptas: Expletur lacrymis egeriturq; dolor.

1. de trist. ph. Chri. stragone cap. 5. 167. 1.1. ep. 1. f. 26. in Cant. 1.1. q. 38. a. 2. 1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

1.10. con. trou. 1. ep. 99. 1.4. Trist. eleg. 3.

Declaravit hoc polchrâ similitudine S. Nilus Abbas S. Iohannis Chryostomi discipulus: Vti nubes, dum densa & obscura sunt, cum aquis turgenat postquam eas effuderunt, à se reiecerunt, & exonerant, clarescunt & splendida fiunt; sic quando quis à tentationibus suis onustus & grauis incidit, in magna tristitia, confusione, angoribus vivit, & melancholiâ oppletur: at hoc onus à se excutiendo, quando id exstilar, & à se abiicit, & alteri manifestat, cor alleviatur, tristitia mitigatur, homo quiete & gaudio delinuit, Et Petrus Blesensis, Dolor, inquit, speciem ignis gerit: quia dum plus regitur plus ignescit.

Decimoquarto, Nec in genere dic, talia solere homines pati, & talia, si inde tunc colligere potest qui audit, te nunc aliquid pati. Hoc enim æquivaleret primis illis modis prodeudi crucem, de quibus supra dixi. Sed potius ostende signis externis, te nihil pati, vti sunt læticia, fuga solitudinis solito maioris. Nam etiam obsecrè detecta, & in genere crux, est quoddam leuamen amoris proprii, vt contingit, dum aliquis detegit aliis dolorem aliquem corporis, quem patitur, vel passus est. Crucis amator non debet, minuere, sed augere, quantum licet & decet, molestiam, quam pars inferior sentit. Iusti est dissimulare, nihil loqui, contentum esse gravitate morum suorum, inquit S. Ambrosius.

Decimoquinto, Noli querere defensores tui. Sic S. Susanna ab iniquis accusata Iudicibus, non quaesivit vllum defensorem suæ innocentie. Tacebat, inquit S. Ambrosius, in periculo Susanna, & grauius verecundia (cuius maximus actus, est silentium) quam vitâ damnium putabat, nec arbitrabatur periculum pudoris tuendam salutem. Deo soli loquebatur, cui poterat casta verecundia eloqui. Malis sine defensoribus vinci, quam per eos vincere. Hoc erat sapiens Paradoxum S. Egidij. Quando quis contendit tecum, si vñ vincere, perde: si vincis te ipsum, vincis omnes inimicos tuos. Magna virtus est, si quis se permittat vinci ab omnibus hominibus, quia talis est Dominus totius mundi.

Decimosexto, Noli impedire talem defensionem tuam, ex quâ præuides te magis infamandû, & crucem tuam augendam. Quod potest contingere, dum id, quod pateris, pluribus manifestabitur, magis addictis aduersarij tuo, quam tibi: cui magis credent, quam tibi: & erident te ea iuste pati, & te causam tali tribulationi dignam dedisse. Quò autem magis diffundetur mala opinio & fama de te, si id æquo & lubenti animo tuleris, erit maius lucrum tuum, pro vitâ æternâ, quæ, vt scribit S. Hieronymus, vitæ presentis mercatur incommodo.

Decimosextimo, Mentionem faciens eius, à quo aliquid passus es, vel pateris, abstine à cognomine contumelioso, & notam ei aliquam intrent, & indignationem præferente sermone: & quamuis scires, quòd ei posses reuerere, vt monet S. Chryostomus, ne dixeris ea quæ nostis, sed sile. Sed si commemorandus est is, qui te afflixit, com-

rom. 1.
1. Reg. 14.
7.

memora tanquam amicum, & si potes, tanquam Superiorem, saltem honorificam fac eius mentionem. Ponderat hoc S. Chrysostrmus h. de Saul & Dauide. Cum enim Dauid Saulem, a quo querebatur ad mortem, occidere potuisset, eique pepercisset, eius mentionem facturus, non solum appellat illum Christum, hoc est, vinctum & Regem, verum etiam suum Dominum vocat. Non est profectus mediocri Philosophia, hostem honoris & obsequii vocabulis appellare. Plerique siquidem inimicos suos, nec mutis quidem, ac simplicibus nominibus appellare sustinent, sed aliis vocabulis accusationem habentibus eos nominant, puta, illum impium, illum insanum, mente captum, illum delirum, illum pestilentem, aliaque multa contextunt, hisque, notis designant hostem. Id esse verum, exemplo non eminus petito, sed de proximo sumpto, docebo: nimirum in hoc ipso Saule, qui iustum hunc ob vehementem odium non sustinuit proprio vocare nomine, sed requirens eum, dicebat: Vbi est filius Iesse? Sic autem appellauit eum partim odio proprii nominis, partim genitoris humilitatem notans. At non idem fecit B. Dauid; neque enim Patri cognomento vocauit eum (quatenus is quoque admodum humilis & contemptus) neque nudo simplici, vocabulo designauit, sed dignitatis, & principatus titulo: vsque adeo purum ab omni malevolentia gerebat animum. Proinde, tu quoque carissime, hunc imitans, illud in prin. u discito, ne vnquam inimicum sanos, nominibus, sed honorificis potius appelles. Etenim si os assueuerit, eum, qui laetitiam honoris obsequii, nominibus appellare, & animus hoc audiens a lingua doctus, non fugiet cum illo redire in gratiam. Nam ipsa verba remedium erunt optimum, viceris in corde intumescens.

1. Reg. 10. 17. 31.
& c. 11. 7.

172.
1. Reg. 14. 17.

Idem S. Chrysostrmus ibidem perpendens, quod cum Dauid beneuolus esset Saulem allocutus, ab hoc appellatus est Filius; Quanta, inquit subdit facta est mutatio: qui nunquam sustinuerat illum vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc eum adoptat in cognationem, appellans eum Filium. Quid igitur Dauid felicitus, qui ex homicida fecit Patrem, & lupo ouem? Verba quippe Dauidis ingressa in animum ipsius efforati, totam hanc persequerunt immutationem. Simili modo se gessit Anna conuictis exagitata a puero Sacerdotis Heli, vt ait S. Chrysostrmus. Cum enim ei puer Heli dixisset: (quod tamen in textu nostrae vulgatae ipsi Sacerdoti Heli attribuitur) Digere vinum tuum abs te, & recede a conspectu Domini; respondit Anna, & dixit: Nequaquam Domine. Qui contumeliose locutus fuerat, eum appellat Dominum. Non dixit, quod plerique solent homines: Istene Sacerdos: iste, qui alios docet, temulentiam ac vinolentiam mihi exprobrat: sed illud spectabat, quomodo suspitionem depelleret, licet falsam.

h. 1. de Anna
1. Reg. 14.

173.
4. par. Chron. S. Francif. to. 2. l. 7. cap. 26.

Simili pietatis sensu solebat exclamare B. Baptista Verana: O Deus meus, si tu mihi reuelares omnia secreta tui sanctissimi cordis, & si mihi quotidie ostenderes omnes Hierarchias Angelicas, & si quotidie mortuos suscitarem, propter hoc non crederem me a te amari amore infallibili: sed quando me sentiam ex

corde benefacere mihi mala facientibus; dicere bene de eo, qui de me male loquitur, & iniuste me condemnat, tunc, Pater eterne, credam per hoc signum infallibile, quod tibi sim vera filia.

Decimo octauo, Noli accusare eum, a quo aliquid pateris, vel passus es. Dedit huius rei exemplum praclarum Ioseph Patriarcha, qui etsi grauissimè accusatus esset, & falsò, & posset Dominæ suæ falsam calumniam accusatione verâ repellere, eam tamen, vt loquitur S. Ambrosius, accusare iustus non nouit. Idè impune hæc impudica faciebat. S. Chrysostrmus laudes Iosephi sic describit: Ioseph post tantam modestiam, tantaque castitatis indicia, falsi criminis calumniam subiuit. Deusque istud fieri permisit. Vinctus est, nec sic prodidit infidam, iniustamque, mulieris calumniam coarguit. Studebat enim copiosior à pramia coronâque, clariores preparare, atque adeo ipsis quoque seruis regis dimissis, ipse inclusus persenerabat. Et alio in loco, Commendans se h. 63. in cūdam in carcerem coniecto, breui liberato, Gen. & ostendens se sine culpa incarceratum, nihil dixit contra illam adulteram, qua causa fuit eius carceris, neque arguit dominum tanquam nimis credulum, neque narrat fratrum in se inhumanitatem, sed rectis omnibus, dicit: Recordare mei, & fac educi me ex carcere hoc: quia furtim abductus sum de terra Hebraeorum. Hoc vnum curat, non vt illos condemnet, sed vt pro se solo dicat: & fratrum causam occultauit, dicens: Furtio ablatus sum ex terra Hebraeorum. Hac audientes discamus, si in talia inciderimus, vt cauamus, conuictis illos, qui nos iniecerunt, incesse; & ad accusationem illorum linguam acuerit: sed solum demonstramus in mansuetudine & lenitate, nos innocios & scilicet quando id faciendum est.

174.

l. de Ioseph. c. 5. l. de prouident. col. vlt.

h. 63. in Gen.

175.

dialog. 1.

Sic Sanctus Martinus Episcopus, cum eius miraculis & visionibus, coram aliis, detraheret eius familiaris & cliens Briceus, abstinuit ab eo coram suis Canonis accusando, a quibus punitus fuisset; sed, vt de illo scribit Seuerus Sulpitius, Tantam aduersus omnes iniurias patientiam assumpsit, vt cum esset Summus Sacerdos, impune etiam ab infimis Clericis laderetur: nec propter id eos, aut loco amouerit vnquam, aut a sua caritate repulerit. Nunquam in ipsius ore nisi Christus, nunquam in ipsius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia merat.

Decimo nono, Noli rogare vllum, vt ei, apud quem bona de te opinio, in illa re quam patris, esset leuamen crucis tuæ, & veluti tui quædam purgatio, vt, inquam, ei significet, te nunc aliter procedere quam antea, & quasi in contrarium niti; si ex tali manifestatione ille dolere posset, te affligi, ob crucem illam, vel si inde meliorem de te opinionem concepturus speraretur. Esset enim talis manifestatio noui tui procedendi modi, quædam diminutio crucis.

176.

Vigesimo, Si accusatores, vel cæsores tui agnouerint tuam innocentiam, & hoc tibi vel aliis significauerint, noli hoc indicare vlli. Nam indicando percipies inde lenamen quoddam molestia;

177.



lestia, quam crux parti inferiori adferre solet, quamdiu non manifestatur aliis. Quia, ut ait S. Gregorius, *Vulnera clausa plus cruciant.*

178. *Vigesimoprimum*, Neminem roga nec directè, nec indirectè, ne manifestet hospitiibus, vel aduenis, aliusiue, qui ignorant aliquid te pati, vel passum, si id aliàs sciri nolles: eò quòd si scires id ab eis rescitum, inde rescires, vel sentiret aliquam tui confusionem, & molestiam amoris proprii. Id enim rogare, esset velle subterfugere nouam crucem, quod ab amico crucis longè abesse debet.

179. *Vigesimosecundò*. Noli petere à Deo tui defensionem, sed potius pete ex amore Christi Crucifixi, & Dei, vt te hac vià ob peccata tua magis atterat, deprimat, & quodammodò redigat in nihilum. Sic fecit S. Iob: *Quis det, vt veniat petitio mea. & quod expecto, tribuat mihi Deus: & qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me.* Et hac mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. Sic etiam Abbas Theodoros apud Cassianum, orans pro salutari emundatione, quam parit tribulatio, petebat à Deo: *Proba me, Domine, & tenta me, vt venes meos, & cor meum.* Ieremias quoque huius tentationis vtilitatem intelligens, *Corripe, inquit, nos Domine, verumtamen in iudicio & non in furore tuo.* Similia his petebat à Deo S. Franciscus, vt scribit in eius vità S. Bonauentura. Quod ad eò Deo gratum est, vt Christus ad quaestionem: *Cur homini iusto accidunt contraria* responderit S. Brigittæ: *Iustitia mea est, vt vnusquisque iustus obtineat, quæ petit. Sed non est iustus, qui pro obedientiâ & perfectione non appetit contraria. Ideo amici mei considerantes, quæ ego Deus & Redemptor eorum feci, & promisi eu, simul attendentes, quæ in mundo est malitia, libentius ad honorem meum, & salutem propriam, & peccatum cauendum, petunt magis contraria mundi, propter cautelam, quam prospera.* Vnde & S. P. N. Ignatius Patri Natali ab eo cupienti discere viam consequendæ perfectionis, cum lacrymis suauit, peteret à Deo, vt quàm maxima pati posset. Et ita S. Catharina Senensis hoc sensu ducta, orans pro Ecclesiâ sic orabat Deum: *Punitas, Domine Deus meus, peccata mea, & ne respicias miseriam meam: vnum corpus à te habeo, quod tibi reddo & offero. Ecce carnem, ecce sanguinem, dissumatur, destruat. Scindantur etiam, & triturentur ossa cum medullis meis &c.* Similia petit alibi. Ne sollicitus sis: nam si erit necesse, Deus, te non cogitante, vel detegat innocentiam tuam, vel te defendet, ne quid eius gloriæ propagandæ id obstat. Benè enim monet Thomas de Kèpis: *Si tu scis tacere & pati, videbis procul dubio auxilium Domini: ipse nouit tempus, & modum liberandi te, & id eò te debes illi resignare. Dei est adiuuare, & ab omni confusione liberare. Grauius enim vindicatur à Domino, inquit S. Paulinus, qui non expetit vindicari. Quam ad rem spectat monitum quintum P. Ludouici de Ponte inter alia inuentum post*

mortem eius, inter scripta secretiore: *Habes curam Dei, & Deus habebit curam tui.* Et monitum trigelimum primum: *Deus memor erit tui, si tu oblitus eris tui.* Quà de re Tertullianus, ostendens Deum esse Patronum ac defensorem afflictorum ab hominibus, sic ait: *Satis idoneus patientia sequester Deus. Si iniuriam deposueris penes illum, vltor est: si mortem, resuscitator est. Quantum patientia licet, vt Deum habeat debitorem? Hoc benè sciens Maria Magdalena, cum tanquam otiosa accusaretur à Marthâ, tacuit, non se defendit, Christo relinquens defensionem sui, & causam suam committens. Maria, inquit S. Augustinus, causam suam tanquam otiosa, iudici maluit committere, nec in respondendo voluit laborare. Eodem exemplo videtur S. Teresa, excitans moniales, vt dum innocentes sunt, & tamen accusantur, taceant: Nolite, inquit, vnquam cogitare malum, aut bonum, quod facitis, quantumvis arctè reclusæ sitis, occultum futurum. Putatisne carissimæ, quòd vos ipsas non excusetis, id eò neminem fore qui vestri patrocinium suscipiat. Videat, quomodò Dominus Magdalenam, cum in Pharisæi domo, cum etiam à Sorore carperetur, defenderit & propugnauerit. Non tam rigidè is vobiscum, quàm secum ager. Cum enim latro patrocinium eius suscipiebat, in cruce tunc pendebat. Maestas quippe eius aliquem excitabit, qui patronum vestrum ager, & si id non fecerit, certum est, id minime opus esse. Hoc ego te ipsa vidi, atque etiam ita est. Plenæ sunt historia talibus exemplis Sanctorum. Quando S. Petrus Martyr fuit in exilium missus, tanquam reus conuersionis illicitæ cum fæminis; non multò post, eius ignominiam in magnam eius decus & gloriam conuerfa est, cognitâ diuinitus & patefactâ eius integritate, ac innocentia, vt scribit Ioannes Flaminius in eius Vitâ. Sed illustrius est exemplum Patriarchæ Ioseph, per aduersitates euecti ad summos honores, & tunc à Deo honorati, quando Diuina eius prouidentia vidit, exaltationem eius etiam in beneficium improborum & inuidorum fratrum, à quibus erat venditus, cessuram. Non perinde magnum erat, inquit S. Chrysostomus, Ioseph, si nihil acerbi passus esset, conscendere thronum Aegypti, vt tot obstaculis excusis, hunc eundem assequi splendorem. Nisi enim illi struxissent insidias, non vendidissent eum in Aegyptum. Nisi in Aegyptum vendidissent, non adamatus fuisset ab herâ. Si non fuisset adamatus ab herâ, non fuisset coniectus in carcerem, non interpretatus fuisset in somnia, non regnum illud fuisset assecutus. Si non fuisset regnum consecutus, non venissent illi commercari frumentum, nec adorassent &c. Ipsi quidem molebantur illum morti, desperationi, seruituti, breuiter, extremis malis tradere: sed Deus melior artifex, insidiantium malitiâ in venditi, insidiasq; impetiti gloriæ abusus est. Ne verò putares rerum euentus, vel casus etiam, fortunâq; vel ab humanarum rerum subitâ mutatione pendere, per eos qui aduersantur, per eos qui obsistunt, procurat Deus, vt res, quæ velantur, consiciantur, inimicis suis ad gloriam suam abutens ministris, vt intelligat, quòd*

Deus

Iob 6. 8.
9. 10.

Coll. 6.
cap. 11.
Pl. 2. 2.

Ierem. 1.
cap. 11.

180.
1. 5. Reu.
integro 6.
Resp. ad
quæst. 2.

Rib. 1. 5.
cap. 10.

or 1. & 3.
in med.

181.

1. 1. de im.
cap. 2.

epist. 18.

Deus vult, à nemine dissipari posse, nec manum illam excelsam à quoquam auersum iri. Quid si quando ab aliquo petaris insidius ne confereris animo, neue molestè seras, sed scire possis insidias in bonum finem exituras, tantum si fortiter seras, quæ accidunt. Sic dum S. Ignatius Roma accusatus esset cum sociis, vsque ad eòs ve eos multi quasi facinorosos horrerent, ipsorumq; congressum refugerent, diuinitus factum est, vt quotquot antea in Italia, Gallia, Hispania, Ignatij indices extiterant Romam venirent serè omnes alia de causa, qui aduersariorum commenta detexerent in iudicio, cum summâ reificatione virtutis ac pietatis Ignatij, vt fuisse describit Maffei. Illustrius his exemplum est de Paphnutio, à calumniâ vindicato, apud

Cassianum: Quisquis in veritate huic mundo renuncians super se tulerit iugum Christi, & dixerit ab eo quotidiani iniuriarum exercitibus eruditus, quia mitis est, & humilis corde, in cunctis tentationibus manebit semper immobilis, omniq; illi cooperabuntur in bonum. Verba enim Dei secundum Prophetam Abdiam, bona sunt cum eo, qui rectè graditur. Et iterum: Recta via Domini, & iusti incedunt in eam, prauaricatores autem corruent in eam. Non deserit enim Deus suos in tribulationibus, dum eas ex amore ipsius æquo animo ferunt. Declaravit hoc ipse Christus Dominus S. Gertrudi tumultibus variarum cogitationum exagitata, cui dixit: Si quis humanâ tentatione impugnatus, firmâ spe sub protectionem meam consulerit, inter ceteros est de quo possum dicere: Vna est columba mea, tanquam electa ex millibus, qui in vno oculorum suorum transuerberavit cor meum diuinum, intactum, quod si scirem, me non posse illi subuenire, hoc tam molesta esset desolatio cordi meo, quod eam omnes celestes delicia non possent alleuare: quia in corpore meo, quod Diuinitati coniunctum est, electi semper habent aduocatum, qui cogit me compati ipsi in diuersis indigentis suis. Et illa: Domine mi, quali modo immaculatum Corpus tuum, in quo nunquam habuisti aliquam contradictionem, poterit cogere ad compatiendum nobis, in deiectionibus nostris tam diuersis: Ad quod Dominus: Intelligenti facile persuasum est. Nam Angelus dicit de me: Debit per omnia Fratibus assimilari, vt misericors fieret. Et subiunxit: Vnus oculorum electa mea, quo trans vulnerat cor meum, secreta confidentia est, quam habere debet de me, quod verè possum, sciam, & velim, sibi in omnibus fideliter adesse, qua confidentia tantam vim facit pietati meæ, quod nullatenus possum illi abesse. Et illa: Domine mi, cum confidentia tam securum sit bonum, quod nullus ipsam absque dono tuo habere possit, quid demereri potest, qui eâ caret? Cui Dominus: Quilibet tamen pusillanimitatem aliquater deuincere potest, saltem testimonio Scripturarum. Et, si non integro corde, tamen ore mihi dicere potest illud Iob: Es si in profundum inferni demersus fuero, inde me liberabis. Et illud: etiam si occideris me, tamen in te sperabo. Et similia.

Vigesimotertio, Ne quidem (etiam non petendo auxilium) coram Deo commemorare tuas iniurias, & confusiones, duas ob causas: Primo, quia sola commemoratio afflictionum personalium, coram Deo facta, est magnum leuamen crucis, quod crucis amator debet fugere: & si fugiat, Christo Crucifixo id placet. Hinc S. Petrus Martyr, iniqua sui Superioris sententiâ in exilium missus, cum se innocentè sciret, & suum dedecus animo agitando nocte quadam in Ecclesiâ, ante Christi effigiem pendens in Cruce de hac re quereret ac diceret: Quare, Domine Iesu permisisti vt tantâ ignominia seruus tuus innocens afficerer: per sacram suam effigiem respondit Christus: Et ego quid feci, vt tot & tantis onerarer opprobriis, & morte turpissimâ crucis affigerer: Ex me, Petre, si nescis, disce opprobria

1. c. 8.
vitz.
Caf. Coll.
18. c. 15.
num. 123.
Or. h. 9. in
Numer.
1. de Ioseph.
ph.
1. de vita
Moylis,
in vita
Thaum.
mar.

1. c. 8.

Coll. 24.
cap. 25.

182.

& ignominias ferre. His verbis omnem sancti inueni
merorem deposuit. Ita Ioannes Flaminius in eius
Virâ.

fol. 97.
183.
l. 2. vitæ
cap. 11.

Hoc ipsum docet nos Exemplum S. Cathar.
Senensis, quæ cum esset iniquè infamata, quasi
impura, Virginitatis iacturâ fecisset, & hæc ipsam
infamiam doloremque suum Christo in Ora-
tione exponeret, non petiit eius vt innocentiam
deklararet; sed tantum, ne à dæmone superaretur,
& à Diuino obsequio abstraheretur. Tunc
Christus Dominus ei apprensus, hoc responsum
dedit: vt eligeret vnâ de duabus, quas ei exhi-
bebat coronis vel spineam (quam sinistra ma-
nu) vel auream (quam dextrâ tenebat) asserens,
anteâ eam donandam in alterâ, si in hac spineâ
eligeret: quod si hîc eligeret auream, post mor-
tem habituram spineam. Quam cum Cathari-
na elegisset, probauit factum Dominus, & suo
tandem auxilio promissit, illam infamiam in ma-
iorem eius gloriam, & confusionem dæmonis
cessuram, vt postea cessit. Nam iniqua famina,
quæ eam infamauerat, cum postea vidisset S.
Catharinæ faciem cælesti splendore radiantem,
& totum illud cubiculum illustrantem, agnouit
suum errorem, veniam à Catharinâ deprecata
est, famam ei restituit, & mirum, quem à facie
eius prodeuntem splendorem viderat, aliis nar-
rauit, effecitque vt in maiore apud omnes esset
existimatione sanctimoniam illius. Quocirca nec
à Deo querenda sunt solatia, si te sentis eius be-
neficio illis non indigere. Et tibi dictum puta,
dum aliquid pateris, quod Dominus dixit nô-
stro P. Balthasari Aluarez magnis persecutioni-
bus iniuste exagitato: *Congriesce, & in hoc solare,
quod hæc tua pressura geratur vidente & cognoscente
Deo, qui, etsi possit, non tamen illam remouet, etiamsi
pius te diligit, quam tu te ipsum.*

vit. c. 40.
pag. 473.

184.

Secunda causa, non commemorandarum nô-
strarum afflictionum coram Deo, est, ne nos
Deus priuet tanto bono, quantum est pati ali-
quid pro illo. Nam, vt supra vidimus, magnus
est thesaurus pati aliquid pro Deo. Thesauri
autem nostri etiam coram Deo occultadi sunt,
nisi Deus ipse impellat (quod difficile est co-
gnitu) ad eos patefaciendos. Ad quod persua-
dendum valere potest illud S. Bernardi consi-
lium, datum, ne hominibus expandamus nô-
stros thesauros. Habet enim locum hoc eius
consilium etiam apud Deum: *Dico vobis carissimi,
vile est abscondere magis, quam ostendere, si quid habe-
mus boni. Valdè autem magnum est bonum; ma-
la pro Deo pati libenter. Sicut & mendici cum
elemosinam petunt, non pretiosas vestes ostendunt, sed
semnuda membra, aut vlcera si habuerint, vt citius ad
misericordiam videntis animus inclinetur. Quam re-
gulam Publicanus ille seruauit multò melius Phariseo,
& idè descendit iustificatus ab illo, id est præ illo.
Mirabitur hæc in te felicem Publicanum, qui
non commemorando coram Deo sibi illatas
malescias, tanquam iniurias, potius recurrentes*

ser. 4. de
Aduen.

in memoriam suas inculcabit culpas, quas illi
expiet Deus; dicetque pro Publicani affectu:
*Deus propitius esse mihi peccatori, petet à Deo sibi,
vt condonet causas afflictionum illarum.*

Dices: Cum Sancti magni (vti Dauid & Pro-
phetæ & alij) petierint à Deo auxilia in tribu-
lationibus, & Ecclesia sæpè petat in sacrificio
Missæ liberari ab hostibus mentis & corporis,
& ab aduersitatibus; & Antistites Ecclesiastici
sæpè indicant publicas preces, pro variis neces-
sitatibus, non rectè videtur suaderi, dum sua-
detur non petenda à Deo nostri defensio in tri-
bulationibus.

Respondeo. Triplices sunt tribulationes, seu
afflictiones & cruces.

Quædam, quæ concernunt totam Ecclesiâ,
vel Regnum, vel Ciuitatem, aut Familiam &
Communitatem, seu Ordinem, & pro his auer-
tendis, Sancti, & Ecclesia, eiusque Præsules me-
ritò fundunt & indicunt ad Deum preces. Aliæ
tribulationes sunt personales, eaque duplices:
Quædam quæ ita affligunt personam vnus ho-
minis, vt eius afflictio redundet in damnum
Communitatis, nisi auertatur ab illâ personâ. Et
pro talibus tribulationibus petendum est Dei
auxilium, per quod illa persona liberetur, & ne
quid propter illam Communitas patiat. Sed
sunt aliæ tribulationes merè personales, quæ
nulli alteri vltum damnum vel noxamentum
adferunt, nisi personæ illi, quæ eas patitur, per
quas ea humiliatur, deprimitur, & in sinistra est
apud alios opinio. Et de solis talibus crucibus
suadeo, non petere à Deo liberationem ab illis.
Non quod non possit quis petere à Deo, vt à ta-
libus etiam crucibus liberetur, præsertim si vi-
deat se non habere tantum virium, quantum est
necessarium, ad eas æquo animo preferendas,
vel si videat per aduersitates suas impediri ali-
quod bonum quod in gloriam Dei redundare
posset, sed quia perfectius est, ex Dei amore,
nolle liberari à tribulationibus, si quis sentiat
Dei auxilio, se ab eis non superatum iri. Ita, quâ-
uis licitè possit quis operari propter æternam
retributionem, exemplo Dauidis; tamen perfe-
ctius est operari purè propter Deum, sine respec-
tu ad præmium: quia amor amicitia (quo Deum
amamus propter ipsum, & non prout est bon-
us nobis) non querit proprium personale bon-
um.

Nec excusemus nos. Christi exemplo, qui vi-
detur in cruce questus, dum dixit: *Deus meus,
Deus meus, vt quid dereliquisti me!* Nam, vt bene ait
Bellarminus: *Verba illa non sunt verba accusantis vel
indignantis, vel conquerentis, sed magnitudinem passio-
nis, iure optimo, & opportunissimo tempore, declaran-
tis.* Quod declaro explicatione Beatissimæ Vir-
ginis, quæ S. Brigittæ sic hæc Christi verba ex-
plicauit: *Pater, non est, qui misereatur mei, nisi tu.*
Hoc etiam cum Deo seruauit silentium suis in
iniuriis Anna, à suâ emulâ valdè exagitata, vt pô-
derat

185.

186.

187.

derat S. Chryostomus: *Aemulam, inquit, habens, non afficit eam contumelias, sed quid ad Deum confugit, & orans illius nec meminit, neque dixit, quoniam opprobriis afficit me quadam, vltor meus esto. Aded Philosophia affueta erat mulier: Confundamur viri. Sic & Moyses, vt obseruauit S. Basilus ab Aarō, & Maria conuictis impetitus, non eos apud Deum accusauit, sed pro ipsis orauit, praesertim pro Miriā: Obsecro, sanā eam. Idem fecit Iacob, dum fugeret à Laban, qui dum persequeretur Iacob, vidit in somnis dicentem sibi Deum: *Cave, ne quidquam asperè loquaris contra Iacob. In Hebraeo est: Ne loquaris à bono vsque ad malum: hoc est ne quidem bonum loquaris, quod posset offendere Iacob. Ita Deus suorum curam habet, quando opus est, eis tacentibus, & ne quidem Deo repraesentantibus afflictiones suas. Itaque ne dubitemus, etiam pressi ab aduersariis, & tacentes proderimus aliis. Si virtutem, inquit S. Chryostomus, exerceamus, licet totus terrarum orbis maledicat, tunc sumus beatissimi, & omnes saluari volentes attrahemus. Non enim improborum detractionem, sed vite virtutem intuebantur. Etenim omni tuba clarior est per opera demonstratio. Et ipsa luce mundior est & illustrior vite puritas licet innumeris sint calumniantes. Itaque si praedicta cuncta habeamus, & mites simus, & humiles, misericordes, & mundi simul atque pacifici, contumeliamq; patientes non referamus sed potius lateamus, per haec non minus, quam per signa nos cernentes attrahemus, & omnes erga nos se suauiter exhibebunt, siue fera, siue demon aliquis, siue quodcumque sit. Si vero fuerint & aliqui calumniantes, ne turberis idcirco, neque quod te palam afficiunt contumeliā, respicias &c. Ne doleas neque concidas: quoniam & Apostoli his quidem exant odor mortis, his autem odor vitae. Fulgeat igitur vita, nec calumniarum vllam geras curam.**

189. *Vigesimoquarto.* Nec in horā mortis te purga, (nisi Deus iubeat) Deo dona tuam infamiam. Nam si Deus voluerit, inueniet post mortem modum te purgandi, prout fecit cum S. Mariā, & cum tot aliis Sanctis. Sic Susanna condemnata ad mortem, etsi post audita contra se falsa testimonia, purgavit se, tamen cum accusata esset, domi suae coram domesticis, tacuit, & die sequenti, cum esset adducta in conspectum senum, accusatorum suorum, domi suae coram marito iterum accusata, & coram parentibus, ac filiis & vniuersis cognatis suis tacuit, sed hēs suspexit ad caelum: *Erat enim cor ipsius fiduciam habens in Domino. Sed, vt scribit S. Ambrosius, plus egit tacendo, quam si esset locuta. Tacendo apud homines, locuta est Deo. Nec vllum maius iudicium suae castitatis inuenit, quam silentium. Nec quarebat pro se hominum iudicium, que habebat Domini testimonium. Qui non permisit eam iniquorum impulsu ad turpe genus mortis destinatam, moti infamem. Quanquam etiam ipsa castitas eius, eam praeter Deum defendit. Susanna mulier, inquit S. Augustinus, inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud*

Danielem cuius est, sed in sanctā feminā, tacente lingua, pro eā castitas loquitur. Castitas enim Susanna & Presbyteros impudicos conuicit in Paradiso (scilicet horto, in quo eam aggressi fuerant, sollicitantes ad peccatum) & in iudicio falsos accusatores obtinuit bisq; victrix, reos facit testimonij, quos reos facit adulterij. Quanquam & infamia post mortem, vel mors iudicio mundi infamis, expetenda est ab amatoribus crucis Christi, exemplo Christi in patibulo infami, pro nobis mortui. Bene enim notat Caietanus, quemadmodum Christus iam gloriosus in caelo, post suam mortem, & ascensionem tot blasphemias patitur ab haereticis, eius Diuinitatem negantibus, & ab impiis Catholicis sacrilegè eius Corpus in Eucharistiā recipientibus, & saepe cum blasphemantibus, sic seruos Crucifixi etiam post mortem securae infamiae oblectant.

Vigesimoquinto. Nec directè, nec indirectè impediās vllum, ne te accuset, aut tale aliquid de te commemoret, quod dare possit occasionem audienti, dicendi, faciendūe aliquid contra te: praesertim si is sit Superior tuus, vel persona magnae autoritatis, quorum gratia quaeritur, & bona de alijs existimatio placet, & quarum iudicia de personis magni sunt, & si sinistra sint, cum molestiā resciantur ab iis, qui reprehenduntur, vel qui iis subsumunt.

Vigesimo sexto. Nec iis, qui inuit aliquid fecerunt, & iussi, ex quo alijs (illis condolentibus) sumplerunt occasionem, vel materiam te affligendi & humiliandi, significa te scire, alios esse vltos operā vel occasione eorum, ad habendam materiam te humiliandi, vel faciendā aliqua etiam bono animo, & sine, quae redundarunt in tui humiliationem & contemptum, & partis inferioris molestiam.

Vigesimo septimo. Quando audis aliqua tibi dici, non animo te mortificandi, sed ioco, vel casu, vel in laudem tui, si talium rerum locutio tibi molesta est, tace, noli id ei indicare, ne postea cesset à tali locutione, quae tibi molesta est. Si tamen adit alia grauior causa, ob quam talia impedienda sint, impedire poteris, dummodo non impediās eam solū ob causam, quia tibi molesta sunt, & vt te ab hac molestiā liberēs.

Vigesimo octaudo. Similiter dum vides aliquid, ex se non malum, fieri ab aliquo tibi aequali, cum tuā vel nauisā vel displicentiā, vti sunt mores quidam inurbani in comedendo, tace, non mone, nisi te ratio officij tui, ad monendum cogat, vel caritatis obligatio. Talia enim si percipiuntur sensibus, praesertim ab hominibus honeste, & non in triuio educatis, & decorā morum vrbaniate ornatis, solent esse valde molesta. Amator autem crucis Christi ex quavis occasione, more bonae apīs, debet sensum crucis & molestiarum aculeos decerpere. Et huc quoque extendi Christianam patientiam dicebat P. Baltasar Aluarez.

195. *Vigefimonond*, Quando sine vlllo malo animo aliquis fecit aliquid, vel non fecit, quod facere debuisset tibi, vel aliis, & illud tibi displicet, & te aliqua molestia afficit, tace, noli indicare ei, id tibi displicuisse: indicando enim hoc leuare- ris eam molestiam, & sensu crucis, quem in omni occasione expetere debes, & eo frui.
196. *Trigefimò*, Serna silentium non solum circa materiam tuarum tribulationum, quibus tunc exagitaris, vel quas experiris in te, sed etiam circa alias res quas si diceres, & à te dictas esse res- crent, qui te afflixerunt, inde possent pati ali- quam tristitiam, vel molestiam. Nam etiam tali- um rerum manifestatio, est quoddam leua- men crucis, ideoque fugienda crucis amatori, & in cruce non querenti solatia, sed crucem: & quidem omni possibili, honesta tamen, mole- stia refertissimam; etiam ex indirectis, & extrin- secis ac remotis obiectis, deriuatam.
197. *Trigefimoprimum*, Quando ij, qui de te malè sentiunt vel loquuntur, aut aliquid contra te fecerunt, si scirent beneficia, quæ per te collata sunt alicui loco, vel personæ, vel Prouinciæ, tibi redderentur beneuoli, noli talia beneficia ma- nifestare, quia eorum manifestatio, conciliaret tibi eorum beneuolentiam, & auferret crucis materiam.
198. *Trigefimosecundò*, Si ij, qui te ob rem aliquam afflixerunt, vel de te malè sentiunt, scirent fru- ctum magnum tuâ operâ secutum, aliis igno- tum, noli eum manifestare, ne te priues tanto bono, quantum est mala aliorum de te opinio; & crucis cuiusuis, qualiscunque molestia, est si parua, si magna defit occasio. Sunt enim om- nes, & quæuis tribulationes & cruces instar gemmarum & auri. Non idè, inquit S. Paulinus, *margarita vilis est, quia exigua, sed idè magis pretio- sa, quia in exiguo modo magnum pretium habet.*
199. *Trigefimotertio*, Noli petere, vt inquiratur in ea, quæ tibi obiciuntur, & quæ in te impro- bantur, si speras securitatem ex tali inquisitione, tuæ innocentie manifestationem, & leuamen crucis, sed sine, vt pergant in sinistris de te opi- nionibus. Nam, vt Plinius, *Tunc præcipua ma- nifestationis laus, cum ira causa iustissima est.* Tace ergo, itam comprime, noli optare cognitionem innocentie tuæ, quam inquisitio procurata ad- ferret, & simul auferret meritorum caelestium materiam. Sic tacuit S. Susanna: *Accusabatur, in- quit S. Ambrosius, & tacebat, ducebatur ad mor- tem, & silentio se tegebat, ne nudaret pudorem.*
200. *Trigefimoquarto*, Reprehensiones tui, quæ erunt effectus accusationum (ad quas silentii modi supra dicti referendi sunt) & si quæ se- quentur grauiora, noli vlli indicare, præsertim auerso à Reprehensore: tum ne præbeas oc- casionem auerso, tum ne sentias leuamen, quod sentiri solet dum cruces nostras aliis patefaci- mus.
201. *Trigefimoquinto*, Etiam hoc silentium bonum

est circa negatiua, v.g. dum aliquis ad literas tuas non respondet: dum non agit gratias pro re donatâ, acceptaue: vel si gratias agit, non tan- tas, quantas merebantur tui labores, & benefi- cium præstitum: aut si non afficit te præmio ob benefactâ à te, tace. Nam hæc tibi non esse præ- stita, saltem politico modo molesta sunt, & si alicui dicantur, non esse tibi præstata, minuitur molestia. Hoc ponderat S. Chrysostomus in h. de Da- uide, qui cum victoria de Goliath aliisque obtentâ, à Saule, vitæ suæ insidiante, præmium non accepisset, sed omnium periculorum illo- rum mercede fraudatus esset, ne verbo quidem expostulauit vnquam, non cum militibus, non cum Rege: propterea, quod hæc non gessisset spe mereedis, cælitus expectans retributio- nem.

Trigefimosextò, Etiam leues morbos, dolores, & insomnia, & similes naturæ nostræ affectio- nes molestas, corpori nostro passibili, silentio premere, crux quædam est: eiusque leuamen, manifestare. Id in more habuit noster Frater Alphonsus Rodriguez & P. Balthasar Aluarez, & P. Ludouicus de Ponte, magni crucis amato- res, non manifestabant medico, nisi ea, quæ timor offensæ Dei cogebat manifestare, ad qua- rendum omnino necessarium remedium, & ad satisfaciendum obligationi Regulæ nostræ De- cimæ septimæ Communium.

Trigefimosextimò, Si ex omissione rei alicuius bonæ, quam alij faciunt, & tu non facis ob ali- quam iustam causam (nullo tamen præcepto te cogente ad illam faciendam) probabiliter pu- tes, aliquos habituros de te non bonam opinio- nem, vel saltem, si id eis in te videbitur dignum reprehensione, noli causam huius omissionis manifestare: eam enim manifestatâ, cessaret illa mala opinio de te, & tu potiùs pro deuoto & bono habereris. Exempli causa, si idè Litaniis publicè aliis audientibus non recites, quia ex- pertus es, inuitus, tunc in profundissimas te pro- rumpere lacrymas & singultus; noli patefacere hanc omis- sionem Litaniarum recitationis causam. Hanc ob causam S. Ignatius publico in loco sa- crificium Missæ non offerebat, sed in priuato sacello, ne donum lacrymarum, quibus diffuse- bat ad altare, opinionem ei conciliaret virtutis. Et dum à Summo Pontifice impetrata est à So- ciis ei potestas Horas Canonicas non recitandi, oculata fuit silentio causa deuotionis, oculis eius noxia ob excessum lacrymarum, sed solum cæcitatæ periculum in supplice libello (quem Romæ legi) expressum est. Simili modo, causæ omissionum tuarum, cruces parientium, silen- tio premendæ sunt, ne lingua patefacta, cruces sinant euanescere.

Trigefimo octauò, Si post tribulationes eleuatus fueris ad Officium aliquod speciosum, quo à tribulantibus te cognito, illi possent tristari, vel apprehendere, te esse in bonâ apud alios opi- nione,

nione, præsertim apud Superiores tuos; noli manifestare illis, & eorum amicis, à quibus id rescire possent, tui exaltationem. Eset enim quoddam leuamen tuæ præteritæ humiliationis, talis exaltationis notitia. Simili humiliationis studio S. Franciscus Xauerius, dignitatem Apostolici Nunciij, quæ erat à Paulo III. insignitus, perpetuò in Indiis occultabat: vt minus honorificè haberetur, vt scribit in eius vitâ Turfellinus.

lib. 6.

206. *Trigesimonò*, Eandem ob causam silentio preme coram iisdem, prosperos rerum tuarum successus, & omnia fauentia. Exempli gratiâ, hominum de te in aliquo loco bonam ibidem opinionem, signa beneuolentiæ tibi exhibitâ à Magnatibus, bona per te tibi præstita, & similia. Hæc enim contristant tibi non addictos, & amori proprio nondum mortificato solatium adferre solent, si rescitur, non addictis innotuisse.

207. *Quadragesimò*, Etiam sine vllâ præsentî tribulatione, ac cruce, ne quidem in genere, te aliquando aliquid passum esse, dicas. Nam sola recordatio præteritorum malorum, tamquam iam finitorum, leuamen quoddam est crucis, & solatium, multò magis si illa recentias coram aliquo. Hoc punctum diuersum est ab alio supra posito numer. 168. ibi enim sermo est de tribulatione, & cruce recentî ac præsentî, hic de præteritâ.

Decimoquarto.

208. *Quadragesimoprímò*, Si quando contingeret cû authoribus tuarum molestiarum, & persecutionum agere, & ij vel purgando se, vel alio modo darent occasionem loquendi de iis, quæ passus es eorum operâ, quàm mitissimè agas, silentio premendo ea, quæ indicata possent illis aliquem pudorem & confusionem incutere: quin potius non in eorum malitiam, sed in aliorum (si rei veritas id patiatur) delationes referas, excitatas ab aliis calamitates, vt ita dicam, tuas, vel, si id verè asserere nequiueris, bono id zelo eorum attribue, lauda, gratias age, idque hilari ac sereno vultu, & non simulatè, sed ex animo beneficium recognoscente. Ita processit Patriarcha Ioseph cum Fratribus suis: non exprobrauit eis scelus contra se admissum, sed, vt obseruauit S. Chrysostomus, Omnia fecit, vt demonstraret eis, quod nihil in se peccarint. Non vos inquit, hæc mihi fecistis, sed Dei erga me prouidentia hæc fieri permisit, vt mihi somniorum euentus concedatur Sic & Anna, vt idem ponderauit, cû Samuelem puerulû Deo offerret, alloquens Sacerdotem Heli, non dixit: Ego sum illa mulier, cui tu exprobraſti, quam maledictis impetisti, quam velut remulentam & ebriam derisisti, eog, Deus tibi declarauit me non esse violentam, te verò crimen hoc temerè mihi impegisse: nihil huiusmodi verborum asperorum dixit, sed multâ cum mansuetudine loquitur. Quamquam cû haberet reum euentum sibi patrocinantem, iure potuisset exprobrare Sacerdoti, quod id temporis ipsam temerè contra causam incussasset; nihil horum facit, sed tantum com-

Gen. 45.

h. 67. in Gen.

h. 1. de Annâ.

memorat Dei erga se beneficentiam. Ego sum mulier, qua constiti in conspectu tuo deprecans Dominum pro puero hoc. Effudi preces ad Dominum, & ille dedit mihi petitionem, quam petebam ab eo. Es ego commendo illum Domino, vt seruiat Domino omnibus diebus vitæ suæ. Sic fecit & Dauid, quemadmodum pulchrè ponderat S. Chrysostomus. Cû enim Sauli, quem in speluncâ inuentum occidere poterat, peperisset, & inde egressum appellasset honorificè, Cur inquit, audis verba populi dicentium tibi: Ecce Dauid querit animam tuam: & tamen, inquit S. Chrysostomus, qui hanc conscripsit historiam, prius dixit, quod totus populus esset cum Dauid, quodq; gratiosus esset in oculis seruatorum Regis, & quod Principis filius, vniuersiq; exercitus starent à Dauid. Quo pacto igitur hic ait, fuisse, qui deserrent ipsum ac Saullem in ipsum pronocarent: cû non aliorum instinctu, sed ipse ex propria mente malitiam banc peperisset, vt bellum gereret cû iustis, idq; declarauit, qui volumem conscripsit, cû ait, è laudibus Dauidis natam esse inuidiam, quodq; progrediens creuisset in dies. Quam igitur ob causam crimen transtulit in alios, dicens: Cur audis verba populi tibi dicentium? Ecce Dauid querit animam tuam, nisi vt illi præbeat occasionem excutiendi malitiam. Hoc nimirum, & parentes sepenumero faciunt erga filios, dum quispiam corripens filium suum corruptum, multaq; operatum mala, quamuis sibi persuasum habeat, illum ex propria malitiâ, ad perditos mores exorbitasse, frequenter tamen in alios culpam reuocat, ita loquens: Noui non fuisse tuum delictum, sed alij te corruerunt, & seduxerunt. Illorum est totum hoc peccatum. Nam hæc audiens filius, poteris paulatim à malitiâ respiciens facilius ad bonam frugem reuerti, dum pudebit, erubescitq; hæc laude videri indignus. Idem fecit Paulus scribens Galatis, post multos illos, ac prolixos sermones, postquam non commemorandas accusationes, quibus illos accusarat sub Epistola finem, volens ab illis amouere culpam, vt aliquando à criminibus recreati, ad excusationem venire queant, hunc in modum loquitur: Ego confido in vobis, quod nihil aliud sentietis. Ceterum qui vos perturbat, feret iudicium, quisquis ille fuerit. Idem fecit & Dauid hic. Cû enim ait: Cur audis verba populi dicentium? Ecce Dauid querit animam tuam; indicat alios esse, qui prouocarent, alios, qui interficerent, modis omnibus studens illi porrigere excusatione occasionem. Vide alia ex hom. seq. Cont. Specta, & de Dauid col. 11. 12. 13. Sic fecit S. Catharina Senensis, quæ cû esset grauissimè infamata, quasi iacturam Virginitatis suæ culpâ passa, dum fæmina, quæ illam infamarat, culpam deprecaretur, illa calumniatricem suauissimè amplexata, sine vllâ significatione offensi animi, ei dixit: Mater dilectissima, bene agnouit hæc zizania seminasse inimicum generis humani, ideo illi, non tibi sui offensa, imò tibi deo gratias agere, quod semen dæmonis conuerteris in zelum excusatione dignum, tanquam amatrix honestatis & pudicitie.

209.

to. 1. h. de Saule & Dauid.

Gal. 5.

1. Reg. 24.

10.

210.

1. 1. vir.

cap. 7.

211.

Quadragesimosecundò, Noli sciscitari, quid boni de te dixerit alicui Superior, quem putasti habere

habere malam opinionem, si postea intelligas, te esse in bona apud eum. Nec obstat quod Christus dixerit: *Quem me dicunt esse homines: id enim non quaerit, ut sciret, quid de illo sentirent alij;* sciebat enim corda omnium hominum & cogitationes; sed ob nostram instructionem, ut procuremus bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et ut ex responso Apostolorum caperet occasionem predicandi Petro munus, ad quod eum in Ecclesia sua destinauerat.

212. *Quadragesimotertio*, Si agnouerit aliquis innocentiam tuam, cuius bona de te opinio tibi sit vitilis, & si idem aegre tulerit, te aliquid passum esse, vel adhuc pati, noli hoc manifestare aliis, iis praesertim qui te affixerunt: esset enim haec manifestatio magnum crucis levamen, & quaedam tui defensio, quam quaerere non debes; sed potius pro amore Christi crucifixi declinare. Et hoc punctum diuersum est ab eo, quod supra recensui, num. 152. Ibi enim agitur de innocentia tua, a tuis aduersariis agnita, hic ab aliis.

§ vigesimo.

213. *Quadragesimoquarto*, Quando post aliquam tribulationem, occasione eius rescietis, aliquid vel dictum esse, vel scriptum, vel factum, quod quacunq; ratione vergat in honorem tuum & solatium naturae, tace, & nec hoc dicas aliis, nec ipse inquire ad cognoscendum melius, quomodo sit illud dictum, vel scriptum, vel factum, ut tali silentio subtrahas amorem proprio, illud solatium, quod haberet, si rem illam magis certo, & magis distincte, & penitus intelligeres; minueretur enim sensus tribulationis per talem notitiam, vel si nullus fuit sensus doloris, aut molestiae, carere illo solatio, quod natura eorum fauentium cognitione clariore percipit, est aliqua species crucis, & beneficium pro vita aeterna, dum ex Dei amore priuamus nos etiam licitis vitae huius solatiis.

214. *Quadragesimoquinto*, Quando certam habes coniecturam, aliquid esse, vel fore ab aliquo, Superiore praesertim, etiam bono animo, circa res tuas, etiam bonas, inquisitum, vel inquirendum, tace, & noli inuestigare, quid ab hoc, vel illo fuerit de tuis rebus dictum. Appetit enim amor proprius, talium habere notitiam, quae ei neganda est. Crucis enim amor, extenditur etiam ad subtrahenda, vel impedienda omnia solatia, proprio amori iucunda, non tantum ad deglutiendas hilari corde omnes molestias & amaritudines Christi. Hoc punctum diuersum est ab eo, quod numer. 120. habetur. Ibi enim agitur de inquirendis aduersariorum contra te molestionibus, hic de aliis, tibi fauentibus.

§ Tertio.

215. *Quadragesimosexto*, Quando Deus siue per se, siue per alios liberat te aliquâ cruce, à qua non peristi liberari, vel noli gratias agere Deo, pro hac liberatione in particulari (quia fat erit, si gratias agendo in genere, etiam hoc beneficiū

comprehendatur) vel ne videare ingratus Deo, ita age gratias, ut gratiarum actio, in te non excusetur à solatio naturae, quod percipit ex tui liberatione, sed à beneficentia Dei, in quantum liberatio tui emanauit ex illâ benignissimi Domini tui *fontali bonitate*, uti eam appellat S. Bonaventura in vita S. Francisci, ita ut non commo-
216. modum tuum, & bonum tuum, tanquam bonum tuum, sit causa impulsiva gratiarum actionis, sed effusio Diuinae miserationis, in quantum à Deo processit, et si postea in te terminata sit.

217. Dno enim sunt respectus in quoniam beneficio Dei, quo afficit creaturas: Vnus subiectiuus, seu terminatiuus, quia res à Deo beneficiente collata, recipitur subiectiue ab aliquâ Creaturâ; vel saltem terminatiue, si sit beneficium illi non adhaerens, sed illam aliquo bono efficiens, saltem extrinsecè. Alter respectus est tanquam causae efficientis, & producentis, & se habet ex parte Dei, à quo omnia beneficia emanant. Itaque gratias agendo pro tui liberatione à molestia aliquâ naturae, causa impulsiva gratias agendi Deo, sit beneficium illud, iuxta secundum respectum, non ut bonum tuum est, ad te terminatum, sed ut profectum à Deo omnis boni fonte. Magnum est enim beneficium, quod tanta Maiestas dignetur benefacere suis creaturis, iuxta illud Iob: *Et dignam ducis super huiusmodi aperire oculos tuos; & iuxta Psalmistam: Domine, quid est homo quod memor es eius?*

218. *Quadragesimosextimo*, In crucibus, quae nec Officio tuo praeducant, (requirente nostram bonam famam) nec Communitati, in qua uiuis, nocent, noli conquirere vlla testimonia, quibus si opus esset, ostensis, posses probare innocentiam tuam. Sed iacta super Dominum curam tuam, ipsi erit cura de te, te tacente. Cum demon ferre non possit magnam innocentiam, ac sanctimoniam B. Mariae Magdalenae de Pazzis, & opinionem eximia virtutis, quae in eius Monasterio de eâ uigebat, assumptâ specie ipsius B. Magdalenae, dum alitè in choro orarent, visus est è cacabo culinæ carnes furtiue subducere. Vnde factum, ut id fecisset B. Magdalena putaretur, cum magnâ suae integritatis notâ. Illa tamen tacente, alia monialis sancte testata est, eam illo ipso tempore in choro fuisse, & à se visam esse, quo dicebatur ex ollâ culinaria carnem furripuisse. Ita infamia uerba est in maiorem opinionem virtutis, cum cunctis innotuit, ab inuidiâ diaboli hanc processisse criminacionem. Sunt de similibus Dei defensionibus feruorum famam tuentibus, multa in historiis Ecclesiasticis exempla. Deo itaque nostra omnia sine desiderio defensionum committenda sunt: non derelinquet querentes & diligentes se, si necessarium erit aliquod defensionis genus.

219. *Quadragesimosextimo*, Si audiens ab aliquo fide digno narrari fauens tibi iudicium, etiam non pra-

præmissa vllâ tribulatione, de te Superiores, cuius gratiâ à tuo amore proprio expetitur, vel ei est iucunda, noli eum, vel alterum, qui aliquid tale ab eo audiuit, interrogare, vt tibi distinctè, & plenè referat, quid de te in tui commendationem ille Superior dixerit. Vt ita te per hoc silentium prius gustu naturali, quem amor proprius percipit, dum nobis innotescunt ea, quæ nobis fauènt. Hoc monitum est diuersum à monito 44. quod agit de notitiâ mitigante positiuè sensum crucis & molestiam naturæ; hoc verò tractat de impedièdo solatio naturæ nullâ tunc molestiâ affectæ, sed de solatiogaudenti.

221. *Quadragesimonond.* Si præuideas ex beneficio, à te alicui præstito, si illud innotesceret aduersariis tuis, inde eos capturos occasionem te persequendi, vel molestandi aliquo modo, noli impedire, ne tuum beneficium illis innotescat. Impediendo enim hoc, crucem imminentem impedires: quod non decet crucis amatorem, qui inlta mercatorum non debet impedire vllam occasionem boni & certi lucti.

222. *Quinquagesimo.* Est etiam hic modus boni silentij, silentio premere honorifica officia, vel occupationes tuas præteritas apud eos, qui, si illa scirent, te pluris facerent. Huius rei exemplum habemus in vitâ S. Xaverij plenius explicatum, quo & Rotæ Auditores suam confirmarunt sententiam. Nam munus Nunciij Apostolici, à Paulo, 3. sibi iniunctum, silentio pressit, quâdiu potuit.

223. *Quinquagesimoprimum.* Si præuideris te ab aliquo laudandum coram alijs, & hinc aliquos siue tibi offensos, siue alios capturos occasionem de te malè sentiendi, vel loquendi, vel aliquid contra te faciendi, tace, noli impedire vllomodo, tales tui laudes futuras: impedites enim crucem, quæ summum in hac vitâ iustorum beneficium est. Hoc diuersum est à monito 26. vbi de iocis & laudibus præsentibus est sermo; hic de futuris, & incertis, non tam tuam molestiam, quàm alios contra te excitaturis.

224. *Quinquagesimosecundo.* Etiam in mente silentio premere tuas afflictiones, nunquam cogitando de illis: nisi fortè cogitatio earum, & remissètia, adferret tibi aliquem voluntarium sensum doloris, ad te affligendum, & ad dandam tibi voluntariam materiam, illo sensu doloris libenter admissio & tolerato ex amore crucis, Deum exhilarandi, iuxta infra dicenda §. nono capitis sequentis. Sicut enim Deus ex amore nostri, promisit se non recordaturum amplius peccatorum, sufficienti penitentiâ deploratorum, ita & te decet ex amore Christi Crucifixi, omnium offensarum, quibus ab alijs exagitatus es, penitus obliuisci, & imitari in hoc Patrem tuum cælestem.

225. *Quinquagesimotertio.* In afflictionibus tuis serues etiam silentium lacrymarum, & coram Deo impediendo illas, quando siue natura, siue

proprius amor eas commouet ad leuamen doloris, quia, vt dixit Deus Pater S. Catharinæ Senensi dialogic. 89. *Quando homo priuatur consolatione sua intrâ vel extrâ, videlicet intrâ consolatione meâ, vel extra mediante creaturâ siue superueniente diabolicâ tentatione, vel hominum persecutione, cor inde poenam habet. Oculus verò, qui sentit amaritudinem atque dolorem cordis, effundit illic lacrymas ex quodam tenero gemitu, quo sibi metipso compatitur amore proprio atque spirituali, quia voluntas propria totaliter abnegata & conculcata non est. Et ita lacryma sensuales effunduntur, videlicet ex passione spirituali, quarum tibi supra narraui plenius imperfectionem. Cum id ergo imperfectio sit, etsi non sit peccatum, abstinendum est à lacrymis, dum aliquid ab hominibus pateris. Ideo cum B. Henricus Suso Ordinis Prædicatorum, tempore suatum afflictionum, quos à linguis maledicis & irrisorijs patiebatur, fletet; Dominus, pro pudor, inquit, risue in femina morem lacrymari? Certe tibi ipsi apud omnes celi ciues ignominia notam inures. Terge oculos, & hilarem vultum exhibe, vt neque Deus neque homines animaduertant, afflictionis causa te plorare. Lacryma enim, vt canit Ouidius:*

Pondera vocis habent.

Et Sedatur lacrymis egeriturq; dolor.

Ideo sicut manifestatio iniuriarum, verbis facta amico, minuit sensum doloris, sic lacrymæ, ob apprehensas afflictiones suæ, molestum naturæ sensum. Et, vt S. Chrysostomus ait, *Sicut carnis tumorem calidarum solet aquarum natura remittere, sic anima æstum & tristitiam consolationum, & copia sermonum sedare consuevit. Tantum peccatum lugemus, inquit S. Chrysostomus, omnia verò alia, siue paupertas, siue morbus, siue mors intempestiua, siue calumnia, siue exagitemur ab alijs, siue quodcumq; aliud mali genus nobis acciderit, infracto animo feramus. Secundum itaque S. Chrysostomi monitum, in similibus lacrymas ne fundas, quæ, vti alicubi scripsit S. Thomas, doloris sensum valde minuunt. Sic scripsit S. Chrysostomus: *Fletus compressus dirumpit, effusus releuat. Sanè si Plato à vitis illustribus lacrymas luctus abesse vult, & à mulieribus præstantibus; ex vitis autem his, qui viles sunt, Horatius autem luctum alienum vult esse ab his, quibus est virtus. Et Ouidius negat licere tingere lacrymis ora cælestia; multo magis ora cælestia & oculi Sacerdotum & Religiosorum, ac vitæ spiritualis cupidorum, abstinere debent à fletu, incendia persecutionum extinguente. Quocirca S. Ildorus Pelusiota lacrymas illas, quibus Hebræi, vt ait S. Malachias Propheta, operiebant altare Dei, quia iniuriâ afficiebantur, & facultates eorum eripiebantur, atque calumnijs impetebantur, Deo displicuisse. Eo nomine, inquit, hæc ipsi crimini vertit Deus, easq; illas calamitates, quæ post euenerunt, confluxisse pronunciat. Alioqui penitentiæ lacryma non modo reprehensione caret, verum etiam Deo, thymiamatis instar, grata ac iucunda sunt. Sed si reptimantur, dolorem**

Vit. c. 47.

226.

l. 3. Pont.

cl. 1.

h. 6. ad

pop.

in de dot-

mienti-

bus nolo

vos igno-

rare.

1. 2. q. 38.

2. 2.

h. 18 ad

pop.

lib. 3. de

Rep.

Epod. od.

16.

l. 12. met.

fab. 11.

227.

l. 1. epist.

200.

Mal. 2. 13.

1.2. epist. 276.

lorem non levant, sed augent. Hinc, ut idem S. Ildorus Pelusiotica scripsit, *Multi, ut ferunt, quod lacrymas per vim compresserint, in varios morbos inciderunt.* Crucis ergo amator à lacrymis propter Deum abstineat, dum patitur aduersa, etiam iustis lacrymis digna.

228. *Quinquagesimoquarid.* Etiam circa aduersarios tuos (à quibus certò scis profectas esse res amori tuo proprio molestas) serua silentium, non inquirendo ea, quæ si rescires, posses res eorum Superiori manifestare, vel aliis ex aliquo inordinato affectu indignationis, vel odij, vel zeli, non vsquequaque puri, & eis confusionem vel pœnam adferentis. Sicut enim in actu secundo aduersariis tuis non debes esse molestus, ita debes te impotentem reddere in actu primo, ne quicquam, etiam si velles, possis ex instinctu inordinati affectus, aliquid facere, vel dicere molestum aduersariis tuis.

229. *Quinquagesimoquind.* Serua silentium etiam manuum: hoc est, si habes, aliqua scripta (vti sunt aliorum literæ reprehendentes te, & his similia) quæ si legerentur ab aliis, possent tibi malam conciliare opinionem, noli ea comburere ex desiderio, ne in malam opinionem incurras. Hoc enim esset crucem fugere.

230. *Quinquagesimosexid.* Amicum eius, à quo aliquid passus es, noli rogare, vt sit mediator, & alterius animum, tibi non additum, placet. Hoc est diuersum à monito 14. in quo vetatur defensorum nostri prensatio; hinc autem tractatur de eo, qui possit placare aduersarium, nil aliud in hoc spectando, quam ne tibi postea sit contrarius, & te affligat, quod procurare non debes, ne crucem minuas.

231. *Quinquagesimoseptid.* Si videris commissum alicui amico negotium, alicuius momenti, non esse ab eo confectum, & inde molestiam aliquam naturalem senseris, tace, noli id commemorare coram illo, multò minùs id amico exprobra; hac enim ratione solet leuari molestia ex negotij neglectu orta, & crux minui. Fove ergo illam omni modo silentio.

232. *Quinquagesimoctid.* Quando (vti sæpè contingit) cruces aliquæ oriuntur ex amici bono zelo, nolentis tibi nocere, sed prodesse, tace, & noli ei significare, quòd ipse sit causa, etsi nolens, tuæ crucis. Nam hoc & illum afficeret aliquo mœtore, tanquam tuum amicum, qui nolisset te quicquam passum, & tibi esset quoddam leuamen, vt id experientia docet. Preme ergo silentio tales molestias, vt eas tua pars inferior magis sentiat, & pars superior habeat maiorem materiam pro Domino Deo tuo cruces eius amandi, eiq̃ue eas offerendi.

233. *Quinquagesimonond.* Si dum laudaris, sentis inde molestiam, ne eâ te priues, tace, nil responde; tum vt putet aliquis te idè tacere, quia tuis laudibus delectaris, tum vt hanc molestiam sentias, quam tibi adferret tuarum laudum cõ-

memoratio: quæ est quædam crux tibi molestia. Hanc ob causam Abbas Alonius, dum laudaretur, tacebat. Et Abbas Macarius nil respondit ei, quoniam aduertebat à se tanquam à sancto viro velle verba exhortationis audire. Si quis verò velut contemmens eum, talibus verbis compellaret, *Abba!* Macari, quando eras Camelarius, & nitum furabaris, nunquid non vapulabas à Magistris deprehensus in furto: libenter ei, quicquid requisisset eum gaudio respondebat.

Sexagesimd. Si ob aliquam persecutionem fueris amotus ab aliquo officio, vel loco, tace; & si iterum ad illum remittaris, tacendo suscipe, ac si nil antea contigisset tui humiliatum. Magnæ patientiæ & humilitatis est hic actus, quò valdè sentit superbum cor, quod ex indignatione talia officia, à quibus quis amotus sit, vel loca, pertinaciter respuit, si deinde ad eadem remittatur. Pulchrum huius rei est exemplum in vitis PP. Cum enim quidam Frater in Ecclesiâ tenuisset, in quâ siebat agape, sedisset ad mensam & manducaret cum Fratribus, & quidam dixisset: *Istum hinc qui tenuit: & dixissent ei: Surge, & vade hinc foras; ille surrexit, & abiit, (nil dicens.)* Alij verò contristati de expulsiõne eius, cum egressi reuocarent eum, rediit. Post hac interrogatus à quodam, *Quid est in corde tuo, quia expulsus es, & iterum reuocatus respondit: Posui in corde meo, quia equalis essem cani, qui, quando infectatur, foras egreditur, quando verò vocatur, ingreditur.*

Sexagesimoprind. Si aliquid perdidideris, vel si tibi aliquid fuerit acceptum ab altero, siue ex confidentiâ, siue alio modo, & postea deprehenderis certò rem illam esse apud alterum, tace, noli repetere, si sentis inde aliquam in parte inferiore molestiam, quòd re illâ careas. Præclarum huius rei exemplum extat in Vitis PP. de Abbate Gelasio, cui cum quidam Frater furatus esset codicem in membranis scriptum, continentem Vetus & Nouum Testamentum, ille sciens furtum admissum, non est insecutus furem, vt eum comprehenderet. Fur verò cum eum codicem venderet in Ciuitate cuidam, emptor petiit sibi dari codicem, vt eum alicui ostenderet, an esset dignus eo pretio, quod ab emptore fur exigebat. Dedit ergo ille codicem ostendendum. Quem accipiens ille, qui emere cupiebat, attulit eum ad Abbatem Gelasium, vt probaret, si bonus codex esset, aut si tantum valeret. Dixit enim ei Gelasius: *Eme illum, quia bonus codex est, & valet pretium quod dixit tibi. Ille autem veniens dixit venditori aliter, & non sicut audierat à Gelasio, dicens: Ecce ostendi illum Abbati Gelasio, & dixit mihi, quia carus est, & non valet, quantum dixisti. Ille hoc audiens dixit ei: Nihil aliud dixit tibi Senex? Et respondit: Nihil. Tunc dixit ei: Tam nolo vendere codicem istum. Compunctus autem venit ad Senem, penitentiam agens, & rogans eum, vt reciperet codicem. Senex autem volebat accipere eum. Tum dixit ei Frater: Si non recipis eum,*

non possum securus esse. Et dixit ei Senex: Si non potes esse securus, nisi recipiam eum; ecce recipio eum. Et remansit Frater ille apud eum vsque ad exitum suum, proficiens de patientia Senis. Imitemur Iuuenes & Abbatem Macarium, qui videns latronem furantem id, quod in sua cella habebat, non impediuit, sed animal caricauit cum illo, vt habetur in Vitis Patrum.

238. *Sexagesimosecundo, Si scias esse aliqua scripta, tuas res concernentia, apud aliquem, quæ nolle extare, eò quod in iis sint aliqua tuo amori proprio iniucunda, tace, noli procurare, vt ea aboleantur vel comburantur. Hoc est diuersum à §. 54. vbi de literis, quæ penes te sunt, agitur, hic de alijs scriptis vel literis, quæ sunt penes alios, siue ij tibi sint addicti, siue non.*

239. *Sexagesimotertio, Si putas eos qui de te malè sentiunt, mutatuos, vel imminutuos hanc de te opinionem, si scirent te aliquod minus præclarè obire, & cum magnâ utilitate, & satisfactione, noli procurare, vt id significetur, habenti de te malam opinionem; quoniam potius impedi, ne significetur.*

240. *Sexagesimoquarto, Quando ex aliquo facto amici tui circa te sequetur non intenta ab eo, tui humiliatio, vel negatiua (per non promotionem tui, ad officium speciosum in occasione aliquâ, in quâ te alij ad illud promotum optabant & curabant) vel positiua (si ante tempus ab occupatione speciosa trãsseratis ad minus speciosam) noli ei gratias agere pro hoc beneficio, aut significare ei, eum fuisse in causa: Quia hoc minueret displicentiam naturalem amoris proprii, ab omni humilitione abhorrentis, & contristaret amicum.*

241. *Sexagesimoquinto, Afficienti te iniurijs verbis, vel factis, nil responde, tace, perge in opere tuo, præsertim si alicui ministres. Valdè gratum est Deo, in tali occasione seruatum silentium. Quod à Sanctis reputabatur pro specie Martyrii. Hinc Abbas Pastor in Vitis Patrum, ita silere, iudicabat esse idem, quod ponere animam pro proximo suo: Si quis, inquit, audiens sermonem tristem, cum possit ipse id facere, certet, atque susciteat, & non reconstriset; vel est lasus in re aliquâ patienter tulerit, non retribuens contristanti, neque ladenti se eo modo, huiusmodi homo animam suam ponit pro proximo suo. Admirandum huius rei exemplum recensetur in Vitis PP. de Ioanne minore Thebæo, qui per duodecim annos cuidam Seni infirmanti fecit obsequium. Senex tamen cum vidisset eum laborantem; nunquam ei sermonem aut placidum locutus fuit. Cum autem transiret, sedentibus alijs Senibus, tenuit manum eius, & dixit ei ter: Salueris, salueris salueris; & tradidit illum Senibus, dicens: Ille non homo, sed Angelus est, qui tot annis mihi infirmanti, nec tamen bonum sermonem à me audiens fecit obsequium.*

243. *Sexagesimosexto, Si habeas aliquem ministrã-*

tem tibi, siue in cubiculo tuo, siue alibi, & suâ negligentia, vel alio modo, causa tibi sit alicuius molestie, tace, vt ere hac occasione ad cumulanda cælestia merita. Pulchrum extat huius rei exemplum in Vitis PP. de sene quodam, qui cum monuisset puerum sibi cohabitantem de quadam re non benè factâ, & puer ei esset offensus, & clausisset ostium cellæ, in quâ erant panes, per tres dies, & dimississet Senem ieiunm; nil ei dixit Senex: Vbi erat aut quid facis foris? Habebat autem vicinum Senex, qui cum agnouisset, quia tardaret puerulus ille, fecit modicum pulmentum; & dabat ei per parietem, & rogabat, vt gustaret; & dicebat seni: Quid tardat Frater ille foris? Senex vero (non accusans puerum proteruum, sed silentio premens eius defectus) dicebat: Quando ei vacauerit, reuertetur. Tale silentium seruauit & Abbas Ioannes cum Fratribus, quos quidam ducens aberratit à viâ, & erat nox, & eum socij tumultuarentur, dixit eis Senex: Si dixerimus ei aliquid, contristabitur. Sed ecce facio me ipsum, quasi defectum; & dico, me non posse ambulare, sed iaceo hic vsque mane. Et fecerunt sic: sed & residui dixerunt: Nec nos ibimus, sed sedebimus tecum, & sederunt omnes in loco vsque mane, ne obiurgarent Fratrem illum.

Porro vt his modis serues silentium, dum te Dominus Deus tuus, siue per se, siue per alios onerat cruce aliquâ, præsertim fabricatâ linguis humanis, excita te Christi Domini exemplis, qui accusatus ante mortem tacebat; ita, vt miraretur Pilatus: excita te exemplis aliorum Sanctorum magnorum, sæpè commemoratis: excita te magnis utilitatibus suprâ recensitis, quas tribulationes adferunt patienter toleratæ, & silentio pressæ: excita te, si religiosum statum amplexus es, obligatione tui status, id à te exigentis, cum in eo debeas Christi moribus te conformare. Et quod Abbas Nestero fecit, cum Monasticæ vitæ se tradidit, hoc & tu saltem nunc efficaciter statue, & obserua. Nam vt scribitur in Vitis PP. cum Abbas Pastor ad huc Iuuenem Abbatem Nesteronem interrogasset, quomodo acquisisset virtutem hanc, vt quando emergebat tribulatio aliqua in Monasterio non loqueretur, nec tedium faceret: Et cum multum congeretur, dixit ei: Ignosce mihi Abba: Quando intraui initio Congregationem, dixi animo meo Tu, & asinus vnus estote. Sicut enim asinus vapulat, & nihil loquitur, iniuriam patitur, & non respondet, sic & tu: quemadmodum in Psalmo legitur: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Beatus, qui in silentio feret propter Deum iniuriarum pondera. Talis enim ob gratiam, quam sibi apud Deum conciliabit hoc silentio, merebitur, vt sit Christo propinquior, quemadmodum fuit olim Christo proximum iumentum, cui insidens Christus ante mortem ingressus est cum triumpho Hierosolymam, vt ponderauit S. Bernardus.



248.

Sexagesimo septimo, Si continget aliquid tibi negari, vel alius petentibus & ventibus, aut vsuris operâ tuâ, non concedi tui vsûm tam ample, uti alius in simili occasione, vel occupatione concessum est, & concedi solet; non expostules cum Superiore, cur ea tibi vel alteri negauerit, aut non concesserit, quasi minus fidens tibi & aliis magis. Exempli gratiâ, si conceditur aliis, ut comitentur suos Principes, quorum sunt Confessarij quocunque iuerint, etiam ut soli eant, in Castris, siue alibi; tibi verò id limiterur, tace. Nam eum debeas non minus abnegatus esse, & perfectus, quàm antiqui Eremitæ & Monachi, quod illi fecerunt, & tu facere debes; imò plus: quia es Sacerdos, quod apud illos rarum fuit. In viris Patrum scribitur de Abbate Nestorote, quòd ingressus Religionē hoc apud se statuerit: Ego & asinus vnum sumus, post hac de beo esse, sicut ille, quicquid ei imponitur, hoc portat: & sine morâ quidem, non petens quare, aut ad quem finem. Sicut ergo asinus non it, quòd non vult eum ire gubernator eius, nec dicit: Quare ego non eo illuc vel illuc, & alter asinus mittitur, & permittitur ire ad omnia loca: sic nec tu debes talia inquirere, sed tacendo ferre onera tibi imposta, quanta vult, qui te regit. Magnum est, hope nostri sacrificium Deo oblatum. Tales qui sunt, cum

249.
pag. 651.

Pl. 72. 23.

Dauidē dicere possunt: *Et iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*. hoc est, inquit, Bellarminus: Obedire tibi sine contradictione statui, & onus quodcumque portare decreui, & a fide & a caritate tuâ non recedam. Talem autem obedientiæ & patientiæ, & humilitatis modum exhibere immediatē Superiori propter Deum plus est, quàm exhibere immediatē Deo, eius præcepta seruando, ut ait S. Bonaventura. Hinc B. Catharina Bononiensis Franciscana in libello diuinitus inspirato scriptum reliquit: *Si Abraham fuit iustificatus, quia obediuit solū Deo, quāto magis iustificabitur illa creatura, quæ pro amore Dei submittit se ad obediendum seruo ipsius Dei. Imperfecti enim cordis est, inquit S. Bernardus: & infirma prorsus voluntatis indicium, statuta Seniorum studiosius discutere, herere ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem. Quocirca noli querere, quare tibi limitatæ sunt occupationes & excursus ad loca, aliis dilatatæ; sed tacendo potta iugum Domini, ut iumentum fidele illius. Libentius Christus tali insidet iumento, quàm illi, in quo Hierosolymam insidens intravit.*

251.

Sexagesimo octauo, Si te accusatum alicui mediato Superiori, alter Superior immediatus te non excuset, non te purges, non te defendas, tace, noli expostulare cum eo, quòd te non defendat.

252.

Sexagesimonono, Sit etiam in memoriâ silentium iniuriarum, quod fiet, dum in memoriâ nullum fouebit & formabit mens verbum internum, quod est partus cogitationis, sed per obliuionem iniuriarum, quodammodò hic par-

tus enecabitur vel impeditur. Hoc est monitum Dei Eccl. 10. 6. *Omni iniuria proximi ne memineris*. Et alio in loco hoc docuit Spiritus sanctus: *Audisti verbum aduerbum proximum tuum, idē Eccl. 9. autem faciendum est de verbis vel factis contra nos) commoriatur in te, fidens quoniam non te distumper. Quid est, inquit S. Chryostomus, moriatur in te: extinguere ipsum, defodire, nec exire, nec pernitius moueri permittas. Interdum dictum, obliuioni tradere: ut in, qui non audierunt, similitudo fiat. Sed & Seneca hoc docuit epist. 94. *Iniuriarum remedium est obliuio*. Ita que silentium hoc memoriarum, situm est in obliuione iniuriarum, quæ vel tibi, vel amicis tuis illatæ sunt. Inimicitiam in aquâ scribere oportet, inquit S. Isidorus Pelusiota, ut quàm primum obliuiscatur: amicitiam autem in as incidere, ut perpetuò firma & immota conseruetur. Si reminiscimur malorum, dicebat Abbas Macarius, quæ ab hominibus patimur, perdimus memoriam virtutem. Cùm videlicet bello inimicum, inquit S. Chryostomus, si in mentem veniat, quàm multa tum audieris, tum perpeffus sis molestia, fac omnium istorum obliuiscaris. Ingeniosè hoc ipsum ex Pythagora docuit Clemens Alexandrinus: Pythagoras, inquit, ollâ ab igne sublata, præcipit non relinquere figuram in cinere, sed illam confundere. & qui surgunt è cubili, conturbari fragula. Tacitè enim significabat, non solùm esse delendum factum & superbiam, sed ne ira quidem relinquendum vestigium: cum autem ebullire cessauerit, tam esse componendam, & omnem esse delendam iniuriæ memoriam. Qui dixit: Non concupisces, sustulit omnem acceptæ iniuriæ recordationem. Sanè S. Augustinus memorat dictum Ciceronis, & rem laudat: quòd mores Caesaris extollens dicebat, quòd nihil obliuisci foret, nisi iniurias. Quid est acceptæ iniuriæ malle ignoscere, quàm persequi, nihil, nisi iniurias obliuisci? Quod si hoc ille faciebat, inquit Lactantius, homo non à celesti tantum, sed à publicâ quoque ciuiliq; iustitiâ remotus sumus; quāto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis velut candidati sumus? Præsertim eum, ut scribit S. Isidorus Pelusiota, Acceptarum iniuriarum memoriam retinere haud generosi animi est; veràm improbi, ac miseri. E contra obliuisci iniuriarum, omnium sanctorum virtutum proprium est.*

Placet hoc Deo. Idèd Christus de Regina Cypri loquens, ait S. Brigittæ inter alia monita: *Obliuiscatur malorum, quæ in maritum suum commissa sunt propter Deum, & non accendatur ad vindictam, quia ego sum Iudex, & ego iudicabo pro ipsa*. Si ergo ita constitutus, uti fuit S. Bernardus, in quadam sibi illatâ molestiâ seu iniuriâ, de qua sic scripsit: *Quòd factum est, non requiro, cur, vel quomodò factum est, culpas non discutio, non retracto causas, non recordor iniurias. Solent enim hæc magis irritigare, quàm mitigare discordias. Tenemur id facere, si volumus implere Christi præceptum, iubentis nos sic orare: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cùm igitur Deus promittat, se obliuioni traditurum peccata nostra,*

strasi pepercimus; obliuiscamur & nos iniuriarum nostrarum propter Deum. Si inquit, impius erit penitentiam ab omnibus peccatis suis & c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Ut ergo id assequamur, tenemur & nos obliuisci omnium iniuriarum, quae nos afflixerunt, praesertim cum a melioribus ethnicis id obseruatum legamus. De Iulio Caesare scribit Cicero, eum nihil obliuisci solere, nisi iniurias: siue hoc dixerit Caesarem laudando, siue fidei eidem adulando, inquit S. Augustinus. Et de Phocione innocentiissimo, damnato ad mortem hausto veneno accersendam, scribit Aelianus: Cum ei licitor poculum obtulisset, rogatus a propinquis quidnam filio mandaret, respondit: Mando ei, ut obliuiscatur potus huius, quem nunc ab Atheniensibus oblatum bibo. Sed proh dolor! Christiani multi & Religiosi, ut dicebat B. Thomas Morus, non tantum non obliuiscuntur acceptularum iniuriarum, sed beneficia accepta inscribunt pulueri, maleficia marmori insculpunt: ex quo nunquam delebuntur, semper manebunt expressa. Non erat horum numero Abbas Achilla, quae cum quidam vidisset sanguinem expuentem, & requisisset, quid hoc esset, respondit sermo erat fratris, qui me contristauerat. & repugnauit, ne illum dicerem, sed petius Dominum, ut tolleret a me, & factus est ille sermo sanguis in ore meo. & postquam expui, requieui, sed & ipsam tristitiam & sermonem illum oblitus sum. Haec est tessera filiorum Dei. Hinc S. Hilarius ponderans illa Christi Domini verba: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Pacificorum, inquit, beatitudo adoptionis est merces: Patens enim omnium Deus est. Neque aliter transire in nuncupationem familiae eius licebit, nisi obliuione: earum rerum assumpta, quibus possumus offendi.

Septuagesimo. Si hoc Opusculum leget aliquis mundanus, motiua supernaturalia non curans, sed magis humana, sileat & ille, dum patitur aliquam iniuriam, & sibi putet scriptum a Seneca aptum pro hac re consilium, etsi minus verecundum, sed talia placent secularibus mundanis, id est ut illos quoque iuuent; hoc scribo: Quid stultius homine verba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere: Eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quocirca dementia est vereri, ne insameris ab infamibus.

CAPVT SEPTIMUM.

Quando liceat, vel opus sit non tacere, sed dicere aliquid in defensionem sui?

Quamuis licitum sit perfectionis Evangelicae, praesertim in Religioso statu, studiofis, silentio premeri iniurias, & famae iacturam pati, sunt tamen varij casus, in quibus sine pra-

iudicio perfectionis loqui licet, imò cum merito declinare tribulationem. Persecutio, inquit S. Bernardus, & temporalis omnis aduersitas pro loco & tempore prudenter aliquando fugienda erit. In primis si ex manifestatione tuarum tribulationum spes esset, te apud aliquos in minore fore opinionone; si iis tuas manifestares cruces, omnino eas manifesta; ita tamen, ne quid patiantur etiam in opinionone mala auctores vel cooperatores tuarum afflictionum. Talis enim manifestatio praebet nouam materiam crucis, & humiliationis, scilicet decrementum bonae apud eos opinionis, vel iacturam illius. Solent enim multileues, & inconsiderati in ferendis iudiciis, hoc ipso male de altero opinari, quod sciant aliquid eum passum, vel pati, & putant non sine causa talia passum.

Praeterea sunt alij casus, in quibus nullo modo tacendum est sed adhibenda iusta, & vera excusatio, & repulsio infamiae, ac propriae famae defensio. Quod quandoque sub obligatione peccati tenentur praestare, ad amouendam a se infamiae notam, uti & Theologi, & Juris petiti docent, qui consulendi sunt.

Ego hic aliqua adferam hac de re, ne indiseret humiliatiorem sui querentes, nimia taciturnitate vsi, vel Ordini, vel Domicilio, quod inhabitant, noceant, vel alios a pietatis studio, suae dedecore infamiae, iusta propugnatione non absterlo, absterreant.

In primis supponenda est certa, & communior doctrina Theologorum, quemuis, etsi sit dominus famae suae, ut etiam docet S. Thomas, (ideoque potest aliquando sine peccato se infamare manifestando peccata ex causa rationabili, siue humilitatis, siue alia, uti fecerunt S. Augustinus, S. Anselmus, & alij a me citati in Opusculo de Confusione sui quaerenda cap. 5.) tamen peccare se infamando, si sui infamatio redundaret in infamiam vel filiorum, vel Confanguineorum, vel familiae, vel Religionis, aut domicilij in quo habitat. Item si esset causa scaldali, vel ruinae aliorum: item si bona fama esset se infamanti necessaria ad munus suum publicum (quale est Praelatorum & Superiorum) obsequium. Ita comuniter docent Theologi b. His suppositis, Dico. In iis casibus adhibendam esse defensionem famae propriae, per veram & iustam sui defensionem, & excusationem, & informationem de rei veritate, in quibus non licet se ipsum infamare.

Primo itaque, dum Superior te interrogat ut rei seriem partes, narra, & nulla te, & circumstantia omitta, quando vel expresse, vel per certa signa Superior indicat, se cupere scire rei veritatem: quia in hoc casu silentium tuum esset manifesta inobedientia, non meritoria, sed reatum culpae secum trahens. Et ita S. Bonauentura, vetans defensionem sui post culpam commissam,



missam, ed, quod, dum illa defenditur, iudicio S. Gregorij Papæ, geminatur, monet, vt innocentia nostra corripient nos ostendatur cum reuerentiâ, si fuerimus requisiti. Hoc ipsum antiquior suadebat S. Dorotheus: Si audieris, inquit, dici te fecisse rem aliquam, quam non feceris. &c. & interrogatus fueris, verumne sit, quod fecisse dixeris &c. rem omnem ordine suo cum veritate manifesta.

237. Secundo, Si tui acculatio & infamatio vel officio tuo (si Superior sis, aut aliud æquiualens officium obeas) noceret, vel rectæ administrationi tui muneris, vel Communitati, aut Ordini, vel Domicilio tuo, esset causa, aut occasio, quæ alios induceret ad deferenda vel negligenda, vel tepidè tractanda virtutis studia, & Religioſæ vitæ disciplinæ rigorem debitum minuendum, vel si ob id ineptus redderetur iudicio credulorum ad occupationes promouendæ Diuinæ gloriæ in aliis, debes te, & tua in te damnata, vel saltem iniquè accusata, verâ purgatione & excusatione defendere, etiam non rogatus, nec interrogatus. Tunc locum habet illud dictum Demosthenis: Qui nullius sibi culpa conscius est, si taceat, silentio ipso prauorum & nefandorum particeps esse videtur. Quocirca bene S. Chrysostomus monuit: Oportet suspiciones prauas, statim atque exorta fuerint, intercidere, ac nihil prorsus omittere earum rerum, quæ prauam de te opinionem delere possint. Neque id vitio verti debet: Libertas enim ea loquendi, inquit S. Ildorus Pelusiota, quâ iusti viri pro iustitiâ suâ vsi sunt (in Sacra Scripturâ, vel lob & Elias & Paulus, & alij) non à fastu, & arrogantia, sed à necessitate nata est. Hoc enim ne in se commadit affici viderentur, huiusmodi voces expressit. Et in grauissimis actiones calamitibus premi viderentur, vitam suam exponere necesse habuerant. His in calibus locum habet illud Spiritus sancti monitum: Curam habe de bono nomine. Fama enim bona, vt ait Caſetanus, necessaria est nobis, tum propter nos, quia facit nos idoneos ad officia rectè obeunda; tum propter proximos, ne offendantur, vel nostro inficiantur exemplo. Hinc S. Bonauentura, eum commendasset silentium Nouitiorum in obiectis criminibus, subiicit: Si vera criminationes obiectæ & non purgata possent alios scandalizare, tum humiliter indicandum paucis verbis & modestis, quod non sis tibi conscius eorum, de quibus accusaris. Et ita S. Thomas quoque docet, non patiendum, esse detrimentum nostræ famæ, si hoc vergat in periculum aliorum. Et alibi idem Sanctus Doctor demonstrat, absque dispendio non modò iustitiæ, sed etiam perfectionis, Religiosos, cum ita posset vtilitas publica, licitè resistere iis, qui illos infamant. Quod quidam Religiosorum hostes eo tempore inficiabatur, quod in simili Iulianus Apostata, Christianorum hostis, teste S. Nazianzeno, circa Christianos callabatur, nimirum, debere eos, sicut agnos coram tondentibus, vel etiam deglabentibus, file-

te, & famæ laſionem non curare. Vnde S. Augustinus Crudelem appellat eum, qui confidit vitæ suæ, & conscientiæ, negligit famam suam. Quam Æschynes ait esse rem propè diuinam, efficereque beatissimum, cui obitergit, sentit Pindarus. Hanc ob causam prudenter fecit Anna, dum ad contumelias ancillæ tacuit, ad contumeliam verò Heli, eam tanquam ebriam increpantis, respondit, & se coram illo, tanquam Sacerdote & personâ publicâ purgauit. Sic & Iob septem integros dies multis verbis lacellitus ab amicis, tacuit, quando verò vidit necessitatem loquendi, se defendit. Nam, vt ait Spiritus sanctus, Est tempus tacendi, & tempus loquendi. Ideo S. David, vt ponderat S. Gregorius Papa, non parietem, sed ostium ori suo poni petit, quod videlicet aperitur & clauditur. Vnde nobis descendendum est; quatenus os districte & congruo tempore vox aperiat, & rursum congruo taciturnitas claudat. Hoc esse proprium Sapientis, ait Ecclesiasticus: Homo sapiens tacebit vsque ad tempus. Nam, vt monet S. Ambrosius, Si pro otioso verbo reddemus rationem, videamus, ne reddamus & pro otioso silentio. Non esset autem tantum otioſum silentium, sed etiam perniciosum, si dum esset necessaria nostri purgatio, & defensio, illam silentio clauderemus. Sic Christus Dominus non semel defendit, & excusauit se (alias silentio premissis iniquas accusationes) vnde cum dictum esset: Demonium habes. Respondit: Ego demonium non habeo. Et tempore Passionis: Si bene locutus sum, cur me cadis? si male, testimonium perhibe de malo. Et de Sanctis idem testatur B. Laurentius Iustinianus: Quis accusatus iniuste, puritatem suam veritatis clypeo non defendit: Quis intortas calumniarum sagittas in suos aduersarios non retorquet? Parum dixit hic sanctus Præsul: plus addidit: Quis Sanctorum, ad profectum caterorum, famam suam neglexisse cognoscitur? Et alio in loco, cum copiose docuisset, non esse expectandam gloriam & laudem priuatam, subdit: Huic tamen nequaquam aduersatur sententia, si quidam Sanctorum visi sunt propriam relasse famam. Id verò minimè propter se egerunt; sed prorsus pro gloria Christi, vt videlicet in ipsis non minueretur gloria Dei, que aliquantum minorari videretur in terris, quando iis qui ab hominibus lumen esse creduntur, & per iustitiam incedere semitas, ex operibus nimis rectis, seu ex obortâ infamia maculâ, ab illis qui exteriora iudicant, tenebra esse arbitrantur. Hinc est, quod accuratissimè Sancti & amici Dei, famam suam impollutam laudabiliter conuersando custodire conantur (non vt dictum est) pro se ipsis, sed pro honore Dei, proximorumque, salutarum, qui vbique adificiantur in bono, & promouentur ad bonum, considerantes com mendabilia acta eorum atque Diuinam laudant bonitatem, que prestat homini, vnde ipsa laudetur. Nam & veritas in Euangelio hoc insinuare voluisse videtur, cum dicit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona; & glorificent Patrem meum, qui in calis est. Petrus quoque inquit: Conuersationem vestram habentes bonam

238. ot. pro falsa legatione. l. 7. de Sacerdotio.

1. 2. epist. 279.

Eccli. 47. 15.

259. in 2. 2. q. 73. a. 2. & 3.

de infor. Nouitior. par. 1. c. 6.

2. 1. q. 73. a. 4. ad 1. opusc. 19. c. 14. & 20.

ot. 3. num. 64.

l. 49. c. 1. de diu. fis. or. in Tit. march. in Olym. ody.

Joan. 8. 14.

Joan. 18. 23.

de infor. & regim. Prælat. 12. col. 1.

de b. vid. 21. d. d.

1. Pet. 1. in 1. c.

inter gentes, ut in eo, quod detrahant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum & Patrem in die visitationis. Clare igitur perspicue, omnes, qui ambulant in veritate, & Deo in cordis simplicitate famulantur, non propriam ex his, que agunt, querunt gloriam, sed Conditoris sui, de cuius virtute munere agnoscent se irreprensibiliter vivere.

160. Copiose hanc rem & erudite explicavit S. P. N. Ignatius in Epistola ad Ioannem Auilam, sanctimoniam & Apostolicam eloquentiam laude eodem tempore celeberrimum virtutis Magistrum, data anno 1549, quam cum tantum laudavit, non etiam retulerit in Primam Historiam Societatis nostrae Partem, Nicolaus Orlandinus, eam hoc loco, ad verbum laudè reddidit inferam,

Admodum Reuerende Domine in Domino nostro.

Summa gratia, & amor eternus Christi Domini Nostri, R. V. salutet, & visitet sanctissimis domibus & gratiis spiritualibus.

Cum diuersis vicibus intellexerim, à diuersis Nostri, continuum sauiorem, & adeo intensam charitatem, qua profusa est R. V. hanc minimam Societatem, visum est mihi in Domino Nostro, scribere hanc Epistolam, duas ob causas: Primum, ut exhiberem signum gratitudinis & integrae cognitionis, agendo intensas gratias Deo Nostro, & R. V. in eius Sanctissimo Nominis, pro omnibus ad maiorem gloriam sua Diuinae Maiestatis, & ad maius augmentum & deuotionem nostram, qui sumus R. V. Atque ita hoc agnoscent, cum tota deuotione mihi possibili, me R. V. offero, tanquam unum è suis (allegados) filiis spiritualibus in Domino nostro, ad faciendum plenam voluntatem, quicquid mihi ab illa fuerit ordinatum, in Domino omnium, & sua Diuina Maiestas mihi vires dederit ad hoc. Nam id faciendum persuadere mihi, multum in ipsius Diuinae voluntate, tum satisfaciendo aliquam ex parte ei, quae tam optere teneor, obligationi, tum quia seruendo eis, qui sunt serui Domini mei, puta me seruere eidem Domino omnium. Secunda scribendi causa est, quia quandoquidem R. V. intellexit aliquam de Nostri in Domino nostro sauiorabilia, mihi visum est, in sua Diuina Maiestate iustum esse, ut etiam intelligat contraria. Quamuis sperem sine dubitatione, cum sit maius exercitium pro illis, ex omnibus redundaturam maiorem gloriam Diuinam. Salmantica (ut nobis scribitur à Nostri) acciderunt, & accidunt multa contradictiones, quorundam Patrum Dominicanorum, motorum, quem admodum credo, magis bono zelo, quam scientia debita. Et haec contradictio durat per decem menses: & ex literis denud datis 25. Nou. & 2. Decembris praeteriti colligo, eam magis auctam, & adeo extra terminos, ut coacti fuerimus & prouidere, quemadmodum S. Augustinus & alij multi sancti Doctores nobis ostendunt, S. Augustinus de viduitate dicit: Nobis est necessaria vita nostra, alius fama nostra. Chrysostomus supra Mattheum. Discamus illius exemplo nostras quidem iniurias equanimiter ferre, Dei autem iniurias nec vsque ad auditum sufferre. Hieronymus Epistola contra Rufinum. Nolo quinquam in crimine Heresis patientem esse. S.

Thomas 2. 2. q. 72. a. 3. Tenemur habere animum paratum ad contumelias tolerandas, si expediens fuerit: quandoque tamen oportet, ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo: Primum propter bonum eius, qui contumeliam infert: ut videlicet eius audacia reprimatur, & de caetero talia non attentet, secundum illud Proverbiorum 26. Responde stulto, iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur, propter contumelias nobis illatas. Vnde Gregorius supra Ezechielem hom. 9. Hi quorum vita in Exemplo imitationis est posita, debent si possunt, detrahentium sibi verba compefcere, ne eorum predicationem non audiant, qui audire poterant. & ita in prauis moribus remanentes, bene vivere contemnant. S. Bonaventura in Apoleget. Cum debeatis omnia vobis mala illata, patienter sustinere, & nullam super his querimoniam facere, vel mouere, quid est, quod non id facitis: sed etiam non contenti Episcoporum iudiciis, obinetis à Sede Apostolica Indices & Conservatores, & ad illos quoslibet molestantes vos, etiam leuiter, citatis, & grauius laboribus & expensis: donec satisfaciant vobis, pro velle vestro contra Apostolum ad Corinthios: Delictum est in vobis, quod iudicia habetis. Responso iniurias & molestias, ex quibus aliud malum non sequitur, nisi quod illa hora sentiri potest (ut sunt verba probrosa, vel damna veritas, vel verbera, & similia) Religiosi equanimiter sustinere debent, quia nihil aliud adferunt nocuenti: sed ubi possunt grauiora damna subsequi, videlicet animarum grauiora nocuentia, ibi non est expediens tolerare. Casetanus in Summa, famam propriam falso ereptam negligere, tunc est peccatum, cum alius hoc nocet, seu nocere timetur. Nam fama propter alios, nobis necessaria est. Et in tali casu dicit Augustinus: Qui considerans conscientiam, negligit famam, crudelis est, quia aliorum animas occidit. Atque ita cogitamus procedere pro maiori gloria Diuina, prius cum omni submissione & amore, mittendo prius illis vnam Epistolam, cuiusdam Cardinalis, qui videtur multum posse apud illos. Secundo, praesentando illis patentes quasdam eorum Generalis. Tertio si prima duo non sufficient, iuxta id, quod Deus Dominus noster, & caritas erga nostros proximos nos obligat, & ad adiuuandas vires inimici natura nostra humana, qua id scadet personis, quamuis doctis, cum sint Religiosa & creata ad maiorem gloriam Diuinam, procedetur in vigore cuiusdam processus punitiuis & diplomatis Papa, uti R. V. videbit. Vt praemonita de omnibus R. V. habeat maiorem materiam ad commendandum nos seruenter Domino Deo nostro, in suis sanctis sacrificiis, & deuotis orationibus: ut sua Diuina Maiestas dignetur dare suum Diuinum sauiorem & auxilium illi parti, vnde sua maior gloria & laus poterit redundare in perpetuum. Aliud enim mediante eius gratia non querimus nec desideramus. Cui ob hoc, & omnia alia sit gloria semper, sine fine, & qui ex sua infinita & summa bonitate nobis velit dare suam gratiam completam, & eius sanctissimam voluntatem agnoscamus, & illam integre implcamus. Roma 24. Ianuarij 1549.

Probauit suo calculo Ioannes Auila S. Ignatij

6. Et 5. Antonius l. 7. libel. 16. n. 7. Ruf. l. 3. num. 92. Rolfv. p. 630. n. 3.

Abbate Breui: quem cum circumdedissent Fratres, exquirentes ab eo singuli de cogitationibus suis, quidam Senex hoc videns, accessit inuidia, dixit ei: Surricula tua, Abba Ioannes, veneno est plena. Et respondens ei Abba Ioannes: Ita est Abba. Hoc autem dixisti, quia ea que sunt foris tantummodo vides: si autem videres quae intus sunt, quid esses dicituruse

CAPVT OCTAVVM.

De aliis modis ferendi a quo animo Crucem Christi, seu tribulationes.

267. Prima. Noli cessare a bene ceptis propter linguas & persecutiones aliorum. Sic dixit Sanctissima Maria S. Brigita: Quando, inquit, videntis aliquos esse impatientes, ponite adiutorio Dei, custodiam ori vestro, nec dimittatis bona incepta propter verba impatientia, (scilicet quae contra vos profectantur, & propter facta, verbis peiora, quibus impetimini bene operantes.) Quoniam quidem & Apostoli cum predicabant, verberati continuo, mancipati vinculis, non post periculorum euasionem, sed ipsi in periculis, maiori cum proposito veritatis annuntiauerunt praedicationem. Patientia namque firmus in eo posita est, inquit S. Thomas, vt propter tristitias, quae ab aliis inferuntur, quae acunque sint, homo non recedat a bona virtutis. Solet enim dæmon talia excitare, contra benefacta ab aliis. Nam, vt scribit S. Chrysostomus, si quando ea quae secundum Deum sunt, attingere volueris, multa praeterinde pericula, multa detrimenta, multas mortes sustinebis: nec id arbuteris extraneum, neque turberis his contingentijs. Etsi, inquit, si accesseris seruire Domino, prepara animam tuam ad temptationem, nemo certare volens, sine vulneribus coronam expectat. Cum igitur ipse quid boni egeris, atque contraria receperis, vel alterum id ipsum videris patientem, latere & gaudere, neque a proposito concidias, neque fias desitor, sed magis cum maiori proposito superincumbe, tamen si milites videris diabolus recidentem tuos gressus, nunquam aut deficias, aut recidas. Quoniam quidem & Apostoli, cum predicabant, verberati continuo, mancipati vinculis, non post periculorum euasionem, sed ipsi in periculis, maiore cum proposito veritatis annuntiauerunt praedicationem. Insigne praebuit huius rei exemplam S. Catharina Senensis. Nam cum esset infamata grauissimè (quasi virginitatis iacturam, fecisset) a quadam fæminâ cancro fatenti ihflluente, cui domum recepta, fidelissimè seruebat, & Catharina Mater non ferens tantam notam, innocenti filiae, & familiae suae ab ingrata fæminâ inuitam, veraret, ne amplius illi ingrata seruiret, sed domo eam expelleret, Catharina, etsi magno afficeretur dolore ob sui infamiam (quâ tamen soli Christo Domino, nulli alteri repraesentauerat) summis precibus, adducto Dei, & Christi exemplo, qui ingratissimis hominibus benefacere non cessat, id à Matre impetrauit, vt licet

apta, omnia posset illi fæminæ caritatis obsequia impendere: quibus & hoc addidit, vt fæminam fatidam ex capote illius in lancem effusam, ad sui victoriam ebiberet. Post quæ facta, Christus Dominus ei apparuit, laudauit quod quod sinistras de se iniquè infamata opinioniones hominum non curasset, sed in bene ceptis perrexisset, ideoque ad caelestem de suo latere (cui eius os applicuerat, manu suâ caelesti eam attrahens) liquorem sugendum admouit, cum indicibili Catharinae consolatione & gustu. In tribulationis camino examinatus, monet B. Laurentius de obed. Lulipianus, Caueant retrocedere, & inceptum exer-

cap. 23. citium spirituale deserere, ne aereis potestatibus ac inuentibus hominibus ridiculum fiat, cunctorumq; praeteriorum laborum amittant fructum. Nautarum erudiamur exemplo, qui spumantis aquaris, ventorumq; flantium impetum formidantes, nequaquam ab inchoato nauigationis itinere intentionis suae reflectunt obtutum. Nam procellarum tempore irruente, imminetia student vitare pericula, classemq; a naufragio eripere. Nempe pacato mari, prosperis spirantibus ventis, deperditas resumunt vires, securi efficiuntur, & alacres gratiarum pro transacto discrimine Deo referunt actiones &c. Quod nauta corporaliter, hoc Christi milites in agone probati, spiritualiter accicare conentur. Assuetam vitique intus abundare delictis, & penuriam pati: esurire, & gustare quàm suauis est Dominus, gaudere in Domino, & tristari propter Dominum. Nam si corporis pulchritudo, vt scribit S. Ilidorus Pelusiota, nec ob stupores immutatos, verum etiam inter lacrymas retinetur: quanto minus anima decor ob incurrentes tentationes, etiam si in calamitatibus rescat, immutari debet? Immutaretur autem decor animæ, si deflisteret a bene ceptis actibus & rebus. Vt enim ait S. Chrysostomus, Anima ornatus penes eos solos est, qui cum virtute viuunt. quod etiam ait S. Bernardus. Atque ita non desistendo a bene ceptis virtutem colat. Quâ de re sic idem S. Ilidorus Pelusiota, inquit: Eos, qui acceptas contumelias philosophico ac patienti animo ferre minimè volunt, hac duo ad patientiam hortari debent. Alterum, quod eos, qui contumeliam inferunt, nihil aequè disferuat, vt eorum, qui contumeliâ afficiuntur, patientia. Alterum, quod nullâ ratione ipsos aequè vlcises queamus, quam virtutem colendo. Quod si minus fidei habendum putat, quidnam de hac re veterum quidam pronunciant, audi: Rogatus enim à quodam, quâ ratione hostem vlcisceretur, respondit: Si ipse probum atque honestum virum te praebueris. Cùm igitur qui virtutem ac patientiam colit, moriferas hostibus plagas insugit, quin nos haec arma & praesidia plurimi estimamus: Huc spectat & monitum S. P. N. Ignatii, relicum in Exercitijs inter 14. regulas potissimum Exercitijs primæ hebdomadæ conuenientes, vbi regula quinta sic ait: Quod tempore desolationis, nihil delibendum, aut inuoluendum est circa propositum animi, aut vitae statum, sed in eis perseverandum, quae fuerint prius constituta, p̄ta, precedente die, vel hora consolationis. Talis fuit patientissimus Iob, Iob. 27. 1. qui 6.



qui tot animi, & corporis molestiis oneratus, & suorum sermonibus aculeatis exagitatus, non desistit à benè cœptis: inde post auditos amicorum contra se varios sermones acerbos, inter alia dixit: *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: iustificationem meam, quam cepi tenere, non deseram.* De Beatissimâ V. Maria in sermone Angelico dicitur: *Tam constantem gerobat animum, quod: quantumcunque tribulationum spinae cor ipsi consilulabant, voluntatem tamen suam nequaquam variabant, sed ad sufferendum, ac faciendum quicquid Deo placeret, se promptissimam exhibebat.* Qui enim benè cœpta deserit, ostendit se inuitam pati, unde non habet meritum patientiæ & humilitatis. Ingeniosè id explicat S. Bernardus: *Sola, inquit, gratiam, quam profert, meretur laeta & absoluta Humilitas. Quae enim coacta fuerit, & extorta propter tristitiam, gratiam non habebit.* Et infra: *Generalem aucti regulam: Omnis qui se humilitat, exaltabitur. Significat profectò non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum, quae de voluntate venit, non ex tristitia, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium, omnis qui exaltatur, humiliandus erit: sed tantum qui se exaltat, humiliabitur: nimirum ob voluntariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui se sponte humiliat exaltabitur, utique ad meritum voluntarij. Ego enim quod humilitatis materiam per alium ministratur, v. g. probra, damna, supplicia, non tamen idcirco rectè ab alio, quàm à seipso humiliatus ille dicitur, qui illa omnia tacitè & laetè conscientia, causa Dei, subeunda deservierit.* Praclarum huius rei exemplum refert Cassianus, sed brevius Pratum spirituale simile, non idem. Nam Cassianus de Viduâ, Pratum de Virgine loquitur. Dicebat S. Syncretica in Vitis PP. Inchoasti aliquid boni non reuocaris per impedimenta inimici, quoniam & ipse inimicus patientia tua destruetur. Et enim qui nauigare caperint, primò pendentes vela, prosperum ventum inueniunt: postea autem contrarius ventus eis occurrit. Sed nauta non mox propter incursum contrarij venti, aut exonerant, aut deserunt nauim, sed paululum sustinentes, aut pugnantes aduersus procellam, iterum rectum cursum inueniunt. Ita ergo & nos in contrarium spiritum incurrentes, crucem pro velo erigamus, & sine periculo saeculi istius nauigium explicabimus. Sed mirabilis est, etiam per Ethnicos Deum talis constantiae edidisse exempla. Inter laudes Fabricij illud celebrè est, quod de eo Pyrrhus dicebat: *Iste est Fabricius, qui difficilis ab honestate, quam sol à cursu suo, auerti potest. Eadem similitudine hoc ipsum pulchrè illustrat Seneca. Solus lux, & vis integra est, etiam inter opposita. Et quamuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior, quidem quoniam multum interest, verum aliquid obstat tantum, an impediatur. Eodem modo opposita virtuti nihil detrahunt, non est minor, nec minus fulget. Nobis forsitan non aequè apparet, ac nitet. Sibi eadem est, & more solis obsecuti, in occulto vim suam exercet. Hoc itaque aduersus*

cap. 16.

Et. 34. in Cant. fin.

Luc. 14.

Cas. Coll.

18. c. 14.

Prat. c.

206.

1. 5. libel.

7. n. 18.

Raf. v. p.

186. col. 2.

272.

hist. Ro.

epist. 92.

virtutem possunt calamitates, & damna, quod aduersus solem potest nebula. *Secundò, Agnosce Dei esse beneficium, pati aliquid, ideoque Deo gratias age, dum talia patieris. Passus es aliquid mali, inquit S. Chryostomus, sed si velis, non est malum. Gratias age Deo, quod malum in bonum fuerit transmutatum. Hoc enim adeò placet Deo, vt de S. Gertrude loquens eundem Virgini deuotè dixerit, vt scribitur in eius vita: Tanta huius animæ delectatione afficior, vt sepe numero, dum ab aliis hominibus offendor, me ipsum in eâ quieturus inueniam, atque presuram cordis, aliam molestiam eidem tunc temporis destinem. Quam dum tanta (vt solet gratiarum actione suscipit, tanta suffere humilitate, ac patientia, tanta denique deuotione, in visione passionis meae mihi offert, omnino me reddat placatum) (scilicet ob tot peccata mundi, quibus offenditur grauissimè, ac perpetuè) facis, vix numeris saepe hominibus, eius amore parcam. Tali affectu Dauid accipiebat humiliaiones sui, corde grato erga Deum, & humili, ideoque cum gratiarum actione dicebat: Bonum mihi, quia humiliasti me, vt disciam iustificationes tuas. Vides, inquit S. Bernardus, quia humilitas iustificat nos: humilitas, dixi, & non humiliatio. Quam humiliatur & humiles non sunt: alij cum rancore humiliantur, alij patienter, & alij libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxii, vltimi iusti. Quamquam & innocentia, portio iustitiae est: sed consummatio eius apud humilem. Qui autem dicere potest: Bonum mihi quia humiliasti me, id verè humilis est. Non potest hoc dicere, qui mitius tolerat, minus qui murmurat. Neuter horum gratiam promeretur, quoniam non humilitatis, sed humilibus Deus dat gratiam. Est autem humilis, qui humiliationem conuersus in humilitatem, & ipse est, qui dicit Deo: bonum mihi, quia humiliasti me. Cur bonum? quia Deus eum replet bonis. Nihil est anima illa sanctius, inquit S. Chryostomus, que in malis Deo gratias agit. Reuerà illa nihil distat ab animâ Martyris: similiter & ipsa, & ille coronatur. Nam eam quoque virges licet, qui Deum per blasphemiam negare iustat, & diabolus cogitationum virgines carnificis, & tenebras ostendens animi agri tudinibus. Si ergo dolores tulerit, & gratias egerit, coronam accipit Martyris. Generosa enim, ac Deum amantis anime, inquit idè alibi, officium est, afflictiones & aduersitates ferre, ac serè generosè tolerare tentationem, atque insuper gratias agere ei qui se tentari permittit, id idem summis fortitudinè (ad quam spectat martyriam) meritò videri potest, animæ, vigilantis, & quae omnibus humanis affectibus sit superior. Et alio in loco: Quam grauiora mala intulerit inimicus, tanto maioribus afficit beneficiis & c. Quod enim alij ieiunio, planctibus, precibus, sacco, cinere, ac diuersis penitentia austeritatibus vix perscitiunt, vt nimirum sua peccata deleant, hoc nobis sine sacco, & cinere, ac ieiunio facile licet prestare, si modo ex animo iram deleamus, eis qui nos iniuria laeserint, sincere dimittamus. Si enim inquit, dimiseritis inimicos vestros, dimittetur vobis. Propterea namq; dicere edocti sumus: Dimitte nobis sceleribus*

273.

h. 68. ad

POP.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

1. c. 4.

IX. DE FERENDA CRUCE ET PERSECUTIONIB. 729

1.1. Reu. ep. 11.
 277.
 4. p. Chron. 5.
 Franc. to 1. 7.
 cap. 24.
 176.
 h. 64. in Gen.
 fer. 78. de temp.
 277.
 Ruff. 1. 1.
 num. 7. 4.
 Pelag. li.
 bel. 16. n.
 19.
 Rofv. p.
 fia. col. 1.
 278.
 1. 4. n. 40.
 March. 5.
 44.
 279.

ent nos dimitimus, ut discamus remissionis modum,
 inciam a nobis accipere. Mirum ergo non est, quod
 cum a Christo describeretur gloriosus in cae-
 lum ingressus, cuiusdam militis, inter voces An-
 gelicas auditas in ingressu eius, secunda talis
 fuerit audita a S. Brigitta: Feramus ante eum cly-
 peum suum, id est, demonstramus Deo nostro patientiam
 suam, quae quamvis Deo nostro nota sit, gloriosior ta-
 men ex nostro testimonio erit. Per patientiam enim
 non solum aduersa sustinuit patienter, sed & pro ad-
 uersis Deo gratias agebat. Agnoscebat enim hoc
 esse singulare beneficium. Hinc Christus Do-
 minus quondam dixit B. Baptistae Veranae: Re-
 cordare magis me tibi ostendisse signum amoris, dum te
 affixi, quam dum te tenerem arde in dulcissimis bra-
 chio meo. Magnum beneficium est non peccare: maius
 posse facere bene: maximum est in superlatiuo gradu,
 pati malum. Quocirca, ut monet S. Chryso-
 stomus, Ne in omnibus prosperitatem & affluentiam
 queramus, sed suae in prosperitate, siue in aduersitate
 simus, simul gratias offeramus Domino, ut visa gra-
 titudine nostrae largiorem suam, erga nos declaret prou-
 dentiam. Nam persecutores nostri, etsi id non in-
 tendant, seruiunt nobis nos persequendo. Ideo
 merito S. Augustinus, ponderatis illis sanae Scri-
 pturae verbis: Maior seruit minori, Esau, inquit, ser-
 uit Iacobo, non obsequendo, sed prosequendo. Imo non
 tantum Deo, sed etiam hominibus iis agamus
 gratias, qui nobis praebent occasionem alicuius
 molestiae & patientiae. Scribit in Vitae P.P. Rufi-
 finus de quodam Fratre, qui veniens ad cellam cu-
 iusdam magni Senis, ingrediebatur, & surabatur ei
 victum. Cum autem videret Senex, non arguebat il-
 lum, sed amplius operabatur, dicens: Puto, Frater ille
 necessarius est. Habebat autem grandem tribulationem
 Senex ex penuria panis. Cum autem idem Senior mo-
 reteretur, & circumdissent eum Fratres; ille videns eum
 Fratrem, qui solebat ei surari panem suum, dicit ei:
 Accede huc ad me, Frater. & apprehendit manum eius,
 & osculatus est, dicens: Gratias ago manibus istis, Fra-
 tres, quia per eas arbitror me intrare in Regnum celo-
 rum. Ille autem compunctus de hoc verbo, & agens pen-
 nitentiam, factus est ipse strenuus Monachus, ex actibus
 Senis, quos videt. Agnouerunt hoc etiam imperfe-
 ctiore modo Ethnici Sapientiores. Inter alios
 Antonius, Similis esse debes, inquit, promontory, ad
 quod aspidum fluctus alliduntur, ipsum autem persistit,
 vicinque vnde astuantes circumferantur. Diceret ali-
 quis infelicem me, qui hunc casum sine dolore perfe-
 ram, & nec praesentibus frangar, nec futura extime-
 scam. Nam vnicique tale quid potuit accidere, at non
 cuiusvis erat sine dolore eum casum excipere. Cur igitur
 illud potius infortunio, quam hoc felicitati adscri-
 bis? Aut cur id infelicitatem homini appellas, in quo
 nihil mali passa est hominis natura: &c. Proinde quo-
 ties incidit quicquam, quod ad dolorem te prouocet,
 recordare huius praeccepti. Non illud infortunium esse
 appellandum, sed felicitati tribuendum, quod id fortiter
 feras.

suasit: Orate pro persequentibus & calumniantibus
 vos. Hoc suo exemplo docuit, orans in Cruce
 pro occisoribus suis. Sapet abundantia quaedam
 sanctitatis est talis oratio. Hinc bene dixit Ter-
 tullianus: Scito preceptum nobis esse ad redundantiam
 benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare. Laetit
 quispiam, inquit S. Chrysostomus, aut contumelia
 infectatus est, Deum precare, ut mox illi reconcilietur,
 & parcat. Frater enim est, eum est membrum: eodem
 quo tu partu genitus: ad eandem vocatus est mensam.
 Dicit aliquis: At si id egero, maiorem mihi in modum
 aduersarius insultabit. Ergo & maiora te, & plurima
 manebunt praemia. Quod quantopere Deo placeat,
 dixit S. Agnes S. Brigittae: Nihil est pulchrius
 aut acceptius Deo, quam ladentem se diligere, & pro
 persequentibus exorare. Quod eos facere ait Abbas
 Charemon apud Cassianum, qui ad imaginem &
 similitudinem Dei peruenerunt, & Filij Dei nuncu-
 pantur, & visceribus Domini longanimitatis induun-
 tur. Tales in iudicio ultimo triumphabunt. Lube-
 mur, inquit S. Chrysostomus, inimicos diligere, &
 eos demereri: imo etiam pro ipsis orare, ut salutem illo-
 rum curam gerat. Hoc enim nobis potissimum in die il-
 lo terribili patrocinabitur, & redemptio maxima erit
 peccatorum nostrorum, si sic affecti fuerimus aduersus
 inimicos nostros. Neque tantum nobis prodest
 oratio fusa pro affligentibus nos, sed in Deum
 quoque redundat, in persecutionibus, inquit Deus
 Pater S. Catharinae Senenti, quas amici mei susti-
 nent a seruis mundi, dum in eis exercetur virtus cari-
 tatis & patientiae; dum amici mei pro eis offerunt in
 conspectu meo continuas & humiles orationes, mihi re-
 sultat laus & gloria.
 Iste modus est omnium optimus ad obtine-
 dam, non rogatam a Deo tui defensionem, imo
 vindictam, sed non expetitam. Extant huius rei
 exempla multa. Vnum domesticum sufficit ad
 hoc probandum. Cum contra S. P. Ignatium exti-
 tisset acerbior quidam Pater, & impetu quodam animi
 abreptus in eum contumaciore, pro eo S. Pater in
 Missa, magnam vim lacrymarum profundens, clamabat ad
 Dominum: Ignosce Domine, parce Domine. Cui Domi-
 nus: Sine me, ego enim pro te vindictam sumam, ego (nisi
 respiciat) vltior existam. Accidit autem postea, ut ille
 Pater in templo quodam Sanctorum reliquias vene-
 rabundus intueretur, & inter beatissima ossa quasi ho-
 minis aspectum videret, truci vultu flagellum inten-
 santu, ni Ignatio pareret. Eo viso quanquam ille humo-
 tumorem compressit, animosq; submisit, multis ta-
 men postea, magisq; molestus affectus est, ut verissi-
 mum esse constaret, quod Ignatio a Deo fuerit signifi-
 catum.
 Quanti momenti autem sit oratio pro per-
 secutoribus, fuse indicat S. Chrysostomus: Ea, h. 3. de
 inquit, res pro Martyrio tibi imputabitur, si insidias Dauid &
 molientem, & ad tantam prouectum malenolentiam,
 inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro
 illo, Deum obsecrans, ut illi fiat propitius. Quod
 quam sit nobis vtile, non tantum ob merito-
 rum lucrum, & ob futura caelestia praemia, sed
 etiam

in Apolo-
 ger. c. 31.
 f. de laude
 Dei.
 280.
 h. 4. Reu.
 cap. 124.
 Coll. ii. c.
 9. alias 10.
 h. 4. in
 Gen.
 dial. c. 80.
 fin.
 281.
 Rib. 1. 7.
 cap. 1.
 282.
 h. 3. de
 Saul.

etiam ob alia, verè docet idem S. Chryostomus. Si pro inimicis orabis, licet pro te nihil dicas, omnia consequeris: hoc est, quæ desideras, quæ petis. Talis autem oratio feruens esse debet, eo modo quem exemplis allatis idem sanctus Doctor proponit alio in loco: Si nolis imitari Dominum, qui Crucifixus pro crucifixoribus oravit, imitare conseruum, qui lapides instar niuis excipiens, neglectis, qui inde oriebantur doloribus dicebat: Domine, ne statuas illi hoc peccatum. Et ut intelligas hæc illum diligenter, & accuratè agere, non simpliciter orabat, neque obiter, neque leuiter, neque flans, sed positus genibus cum dolore & compunctione. Et cum multâ compassionem. Audi 1. Cor. 11. 24. & seq. & B. Paulum: postquam enim enumerasset quanta passus esset, quita, Quinquies quadraginta unâ iniuriis acceptis, ter virgis casus sum, semel lapidatus sum &c. & Rom. 9. 3. insidias, quas quotidie ab ipsis sustinebat, addit. Optabam anathema esse à Christo pro Fratribus meis, cognatus meus secundum carnem. Audi, quid dicat Moyses, toties à Iudæis calumniis appetitus. Si dimittis illi peccatum, dimitte. Si verò non, dele me de libro, quem scripsisti. Audi & Dauidem, qui videns Angelum stricto gladio ictum iam iam intentantem, Ego inquit, qui Pastor sum, peccaui, hi qui oves sunt, quid fecerunt? Fiat manus tua super me, & super domum patris mei. Samuel Propheta à Iudæis iniuriâ affectus, contemptus, reiectus, & tantâ ignominia notatus est, ut Deus ipse ei 1. Reg. 11. 23. aliquid consolationis afferre voluerit, dicens: Non te abiecerunt, sed me: audi quid dicat. Absit à me hoc peccatum in Dominum, ut cesset orare pro vobis. Peccatum arbitratus est, non orare pro inimicis. Quam igitur veniam nos consequemur, cum qui de nouo & veteri Testamento sunt, omnes nos impellant ad preces pro inimicis fundendas, si non omni studio, & diligentia hoc præstare conemur? Muld enim maius est, pro inimicis orare quam pro amicis. Nec tantas nobis fert vilitates oratio pro amicis, quantas oratio pro inimicis. Audi Christum dicentem: Si diligitis eos, qui vos diligunt, qua vobis merces erit? Nonne & publicanis hoc faciunt? Si igitur pro amicis oremus, nondum publicanis meliores sumus effecti. At cum inimicos diligimus, & pro inimicis oramus, Deo similes efficiamur, quantum quidem humane nature fas est. Estote, inquit, similes Patris vestri, qui in celo est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

283. Sed hæc oratio pro iis qui nos affligunt non eo animo instituenda est, ut Deus sumat vindictam, sed ut eis benè sit, & ne quid ob eam rem pariantur. Alioquin, qui preces Deo offerunt aduersus inimicos, inquit S. Chryostomus, perinde faciunt, ac si quis ensẽm acuat, nec aduersus hostes illo genere armorum utatur, sed eo iugulum suum traiciat &c. Nõ aduertit iniuriam te facere Deo, cum Deum aduersus inimicos rogas: Quoniam ipse dixit: Orate pro inimicis vestris, & Diuinam hanc legem inuexit. Cum igitur Legislatorem rogas, ut suas violet leges, & hortaris, ut suis contrarias ferat leges, non eras, sed Legislatore conuulsiam inferis, & in eum insolecis, qui bona tibi largiturus erat, qua occasione precam egentibus. Alio modo

do S. Gregorius Nyssenus contra tales agit: Vt in hominum inter se preliis non potest quis vni parit auxilium ferre, nisi vnâ cum irascente simul in aduersarium concitatus, & exacerbatus sit; ita perspicuum est, quod qui Deum commouet aduersus inimicum, eum roget, ut vnâ irascatur, & ira socius fiat. Id autem est in perturbationem incidere Numen Diuinum, & affici more humano, atque ex bona natura in ferinam scitiam transmutari &c. Sed ad hoc in promptu contentiosorum oppositio est. Protinus enim ad patrocinandum suæ acribitati, ex prophetiâ desumptas voces depromunt. Dauidem desicere peccatores desiderantem, & pudorem & confusionem inimicis imprecantem. Hieremiam, vindictam & pœnas à Deo de aduersariis sumptas videre cupientem: Oseam vuluam sterilem, & vbera sicca inimicis dari rogantem. Ac multa talia passim in Sanctis Scripturis posita colligunt, quod aduersariis imprecari, & suæ ipsorum scititæ bonitatem Dei aduicem afficere oporteat, concludentes. Verum nullas ex verè Sanctis à S. Spiritu afflatis, quorum dicta, Diuinâ ordinatione, ad admonitionem insequentium hominum perscripta sunt, aliquid mali sibi studio habuisse demonstrabitur; sed omnium, quæ ab ipsis dicta sunt, intentio, & que consilium, spectat ad correctionem, & emendationem vitiositatis, atque malitiæ, quæ tunc in natura vigeat. Quemadmodum igitur ille, qui orat, ne sint agrotantes, ne sint egentes, non hominum interitum, sed mortu & egestatis abolitionem fieri cupit; ita etiam, dum quisq; Sanctorum orat, ut id, quod natura aduersum & inimicum est, ad interitum redigatur, suspicionem imperitioribus prebet, quasi aduersus homines seuiant & exacerbati sint. Nã & Psalmorum scriptor cum dixit: Tollantur peccatores & iniqui de terra, ut non sint: ut peccatum & iniquitas deficiant, orat. Non enim homo hominum hostis est, sed liberæ voluntatis motus, ad nequitiam, & malitiam, loco hostis, consistit id, quod natura commune est. Vt malum igitur deficiat, orat, ac homo malum non est. Ita etiam si pudorem, & confusionem inimicis imprecetur, ostendit tibi cateruam aduersariorum, qui ab inuisibili inimico stantes, vitam humanam oppugnant. De quibus etiam Paulus planius loquitur, Luctam nobis esse dicens aduersus principatus, aduersus potestates & rectores huiusmundi, aduersus spirituales improbitates in caelestibus. Demonicas enim insidias, per quas malitiosa hominibus ad peccatum offendiculis adhibentur, congressus iracundus, cupiditatum occasio, inuidie odij, superbia, taliumque malorum materia; hæc cum magnus Propheta videt, vniuersi que animam insidiando circumcurstantia, ad pudorem redigi precatur, qui his inimicis imprecatur. Hoc autem nihil aliud est, quàm ut ipse seruetur. Naturaliter enim accidit, ut is, qui in certamine lucta victus sit, ob lapsum suum pudeat, ac quod hæc se ita habeant, orationis forma declarat. Erubescant, inquit, & confundantur, qui querunt animam meam. Non enim imprecatur iis, qui damnium in pecuniis afferre per insidias conantur, aut iis, qui de finibus agrorum controuersias mouent; aut iis, qui in caput eius aliquam malitiam designant, sed qui aduersus animam insidias struunt.

struunt. Anime autem insidiari, quid est aliud, nisi à Deo alienare? Porro non aliter anima humana à Deo alienatur, quam per vitiosam affectionem. Ne igitur id sibi accidat, pudorem aduersariis imprecatur. Hoc autem nihil aliud est, quam victoriam sibi de hostibus precari: hostes vero perturbationes, & vitia sunt. Sic Hieremias vehementi & ardenti pietatis amore pradius, infans simulachrorum cultui dedito qui tunc regnabat, & subditis eodem cum illo errore inuolutis, atque peruersis, non proprium vtiq; incommodum curat, sed pro communi hominum bono Deo preces offert, rogans ut per impetum, qui aduersus eos, qui impietate se contaminassent, susciperetur, vniuersum genus humanum ad salutatem reduceretur. Similiter autem etiam Propheta Oseas, cum inter Israëlitas vitiositatem, atque malitiam tunc secundam esse videret, sterilitate eos condemnat, & acerba peccati vbera arefcere vult, ut neque nasceretur, neque aleretur malum hominibus. At si quis alius in Sanctis huiusmodi sermo inueniatur, qui iram aliquo modo arguat atque significet, ad eiusmodi omnino sententiam spectat, quæ vitium expellat, non hominem conficiat.

4. par. Chron. S. Franc. r. 2. 17. c. 24. 13. ep. 181. 284. 11. c. 7. 285. 1. 4. Rev. 2. p. 106.

Inter alia monita, quæ Christus Dominus magnæ suæ seruæ B. Baptistæ Veranæ Ordinis S. Francisci tradidit, hæc fuerunt: *Roga me ex corde, ut ego ei, qui te afflixit, parcam, & ut eum liberem à penâ, quam meretur; sicut velles liberari oculum tuum, vel aliud membrum, ab aliquâ penâ crudeli: quia proximus tuus, est oculus tuus & membra tua.* Hæc est virtus solida. Quia, ut sensit S. Ildorus Pelusiota, *Si quis iis, qui luore feriuntur, veniam tribuat, ac pro ipsis, ut ex huiusmodi furorē emerant, vota faciat, atque ita sit comparatus, ut non modò à vindictâ studio abhorreat, sed eorum etiam, quos hoc vitium subegit, miseriâ commoueat, hic demum verè est, qui sincerè philosophari nouit.*

Sed perfectionis Iudicis, ne quidem Deus orandus est, eos ut liberet à crucibus, quibus premuntur, si bono communi non officiant. Agnouit hoc inter Ethnicos pro Sancto habitus Epictetus apud Arrianum: *Quemadmodum viator ex obuiò sciscitatur, quamam viâ sit incedendum, eam, quæ ad dexteram est, non magis appetens hæc quæ ad leuam dirigitur, ut pote cum non velit alterutrâ istarum ingredi, sed ea tantum, quâ possit peruenire ad destinatum locum, ita sanè conueniebat, nos quoque accedere ad Deum, ut solent facere viatores. Et eodem etiam modo, quo vii poterat oculis, quos adhibemus, non ut certius demonstrarent aliquid, sed ut iis apprehendamus visa & phantasias rerum nobis propositarum. At nunc tremebundam moramur auriculam, & Deum implorantes, rogamus ipsum supplices: Misere mei Domine. Da ut possim euadere, id est liberari ab hac vel illâ aduersitate. Ignauissime homo aliunde expetis quàm id quod melius est & vnum aliud quiddam melius est, quàm quod visum Deo fuerit: Quare quantum in te est, corrumpis Iudicem: sed cuius Consiliarium?*

Quartò, Peccatis tuis imputa, quæ pateris. Tunc es stabilis, dixit Christus Dominus S. Bri-

gittæ, cum in tentatione contra Deum non murmurat, sed cum hilaritate omnia sufferendo, & peccatis tuis omnia imputando, regratatus Deo. Et alibi ait: *Si quid vituperatur, non contristetur, sed respondeat sic: Dignum est, quia toties in conspectu Domini peccauit, & non poenituit; maioribus enim afflictionibus ego digna sum. Ideò rogate pro me, ut tolerando opprobria temporalia, fugiam sempiterna. Hac ratione placavit quendam iratum Senex quidam in Vitis PP. laudatus à Ruffino: Quidam, inquit, Frater, dum ab altero iniuriaretur, venit & nuntiavit Seni, cui ille respondit: Satisfac cogitationi tuæ, quoniam non vult te Frater iniuriari, sed peccata tua. Ideò in omni tentatione, quæ tibi continget per hominem, non arguas eum, sed tantummodò dic: Quia propter peccata mea hæc contingunt mihi. Idem in Vitis PP. alter Senex sua debar: In omni tentatione non culpes hominem, sed te ipsum tantum, dicens: Quia pro peccatis meis hæc mihi enenerunt. Et ita S. Teresa suas Moniales admonuit: Si omnia, inquit, benè & accuratè expendantur, nunquam sine omni prorsus culpa, & planè immeritò accusamur. Semper quippe culpis scatemus, & mentiemur haud dubiè, si nullum nos peccatum habere diceremus. Ita ut licet id in nobis peccatum non sit, cuius insimulamur, nunquam tamen omnes ita experies culpa sumus, sicut bonus Iesus erat. Ille enim nunquam peccauit, nos autem, ut ait S. Iacobus Iacob. 3. Apostolus. In multis offendimus. Ideò meritò sanctus ille Adolescens in medio fornacis Babylonice orans dicebat: In veritate & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.*

Tali animi sensu excipiamus omnes aduersitates. Quamuis autem sæpè pati contingat obrem, non vituperatione & penâ, sed laude dignam, tamen Deus ob alia nostra peccata, quæ impunita fuerunt, mittere solet tribulationes, occasione rerum non malarum contra nos excitatas: quemadmodum viso quodam indicauit S. Ephræmo, dum in carcerem innocens esset coniectus, & in vitæ periculo constitutus. Tunc enim indicauit illi Deus, eum quidem ob illam causam, ob quam incarcerationatus fuit, carceres non meruisse, sed ob iniuriam quandã rustico olim illatam, & à Deo non castigatam, se illum carcerem in penam illi destinasse. Ethnicus meliores aduersitates non habuerunt pro iniuriâ. Hinc Seneca librum edidit, quo ostendit in sapientem non cadere iniuriam, & conuita ac contumelias, umbras iniuriarum & suspensiones appellat. Ad quas, inquit, despicendas non sapienti opus est viro, sed tantum conspiciente; qui sibi possit dicere, vtrum meritò mihi ista accidant, an immeritò, illi, qui iniusta facit, erudescendum est.

Quintò, Impedi eos, qui volunt te defendere, vel tuam iniuriam vlcisci. Parum est, inquit S. Bernardus, cum per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus. Accipe huius rei mirabile documentum de S. Dauid. Aliquando maledictum est illi, & à seruo: at ille nec cumulatam iniuriam sensit, quia sensit gratiam. Quid mihi ait, & vobis filij Saruæ? à perè

1.6. Reti. cap. 65. Ruff. 1. 3. num. 78. Pasch. c. 7. num. 2. Ros. pag. 113. col. 1. Ruff. 1. 3. num. 82. Pasch. c. 3. num. 1. Ros. v. p. 113. col. 1. Ita. per. sect. c. 15.

apud S. rium 1. Febr. Ger. Voff. tom. 3. S. Eph.

286. C. 3. 4. in Cant. 2. Reg. 6.

verè hominem secundum cor Dei, qui se vlescenti potius, quam exprobranti succensendum putavit! Veruit prohibere maledicum convitiantem, quantum astutus maledicta. Et addidit: Dominus misit illum ad maledicendum David. Prorsus secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam sauebat lingua maledica & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. Nunquid in ore blasphemii Deus absit: sed eo vsus est, ad humiliandum David. Sic Christus Petro volenti Christi hostes in horto reprimere, cum atripisset gladium, & auriculam Malchi abscidisset, id improbat, & ne ulterius pergeret vetuit.

Matth. 26. 52.

287. cap. 10.

ep. 1. ad S. Ioad.

dialog. c. 100.

288.

Ruff. l. 3. num. 80.

Pelag. lib. 16. num. 12.

Pafch. c. 7. num. 5.

Rofv. p. 517. col. 1. num. 84.

h. de David & Saule.

Sextò, Noli tristari de iniuriis, sed gaude. In sermone, ore Angelico S. Brigittæ dictato, dicitur: Talium sublimitatum viribus vel artibus suis insidiator nequit attingere, quando ipsorum gaudium non est aliud, nisi vt Deo rependatur honor & gloria & quando nulla etiam eos commolestat tribulatio, nisi Dei offensa & inonoratio. Inter magnas Beatissima V. Mariæ laudes, à S. Ignatio Martyre recensetur, quòd esset in persecutionibus & afflictionibus hilaris, in penuriis & indigentis non querula, iniuriaribus grata. Et Deus Pater perfecti hominis conditiones describens coram S. Catharina Senensi dixit: Cum anima peruenit ad gustandum hoc admirabile lumen, velocissime currit ad me, veluti philocapta cum ingenti dilectione ad mensam sancti desiderij, non videndo se propter se, quarendo consolationes proprias temporales vel spirituales, veluti persona, que totaliter in isto lumine atque salubri notitia propriam voluntatem abnegavit. Nullum omnino laborem vitat, vnde cunq; proueniat, immò letatur cum plena tolerare opprobria quacunque, molestias diabolicas, & murmuraciones hominum. & in mensa sanctissima crucis manducat honoris mei cibum atque salutis animarum. Neque remunerationem aliquam exquirat à me, vel ab aliquâ creaturâ, quia spoliatus est ab omni amore mercenario: quia me nequaquam amat aliquo respectu sui. Hac ratione quidam Frater in Vitis Patrum commendatus, quando plus eum aliquis iniuriabatur, aut deridebat, tantò plus ille gaudebat, dicens: Isti sunt, qui nobis occasionem præbent ad profectum nostrum: qui autem beatificant nos, conturbant animas nostras. Scriptum est enim: Quoniam qui beatificant vos, decipiunt vos. Ibidem de quodam Iuvene scribitur, quòd cum à Senè quodam canuitis esset affectus ille exorto cachimmo risit, cui Senex ait: Quid est hoc, quod agis: ego te iniurior, & tu rides: Cui Iuuenis ait: Et non vis, vt rideam, cum tribus annis mercedem dederim, vt hoc paterer, quod hodie à te gratis patior? Hoc Abbas Iohannes referens dicebat: Hec est porta Dei; per quam Patres nostri per multas tribulationes & iniurias gaudentes ingressi sunt Ciuitatem Dei. Quocirca ad hoc propositum præclare dixit S. Chrysostomus: Si verè dicit, corrige: si falso, irride: Si tibi ipsi conscius es, eorum que tibi obiciuntur, respice: si non es, despice: imò verò non solum deride ac negliges, sed etiam exulta. Multò magis tempore aduersitatum abstine à lacrymis. Hoc enim est signum muliebris animi & non

generosi; nec fortis: fortitudo enim contraria est talibus lacrymis, propriis vilium & abiectionum muliecularum; quia fletu mitigatur dolor & tristitia, vt ait S. Thomas, & patet experientia, & suprâ dictum est.

1. 2. q. 38. a. 1. 289.

Septimò, Noli existimare eos Deum offendere, qui te aliquâ iniuriâ vel molestiâ afficiunt; sed excusa illorum facta, dicta, saltem intentiones, imò tribue eas bono zelo eorum, eosque id facere vel dicere, ex amore virtutis, & boni communis, vel tui, ac præmium hanc ob causam mereri, eosque tanquam instrumenta quædam Dei, tua peccata purgantibus per eos, honora, & cole propter Deum. Imitare S. David, qui cum à Semei malediceretur, & impetretur lapidibus, & hac motus iniuria Absai vellet illius caput amputare, dixit David: Dimitte eum, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret David: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Sic benè P. Ludouicus de Ponte in vita P. Baltharis Alvarez excusat S. Ioseph Sponsi B. V. Mariæ à culpâ, quamuis enim apud eum venisset in suspitionem adulteræ, ille tamen in eâ suspitione non fuit alicuius culpe reus, vt qui rei ad eâ iniuriatam causam ignoraret & propter zelum coniunctum cum ignorantia, que excusat à culpâ. Sed si alicui certò constaret, iniurias sibi illatas omni ex parte iniquas fuisse, nec iustam excusationem mereri, tunc oportet, sine alio malo affectu, compati auctori iniuriæ, & dolere ob Deum eâ offensum. Et ita Deus Pater ipse S. Catharinæ Senensi dixit: In tribulationibus & iniuriis, quas ego seruis meis occurrere permitto, probatur virtus patientiæ, ac etiam in animâ serui mei crescit ignis affectuose caritatis ex compatione, quam habet illius anima, que sibi facit iniuriam. Non amplius absque comparatione dolet de damno illius iniuriantis, quam de iniuriâ suâ, præcipue propter offensam meam. Hoc agunt illi qui sunt in statu magis perfectionis, & ita ex hoc in virtutibus crescunt. Quia tamen inenutabile est cor hominis, & nemo sine Dei reuelatione (quam ad talia cognoscenda non solet, etiam dilectis suis seruis & amicis, concedere, quibus concedit ad cognoscenda alia) certò scire potest, in eo, qui alterum iniuriâ afficit, nil esse interitii, quòd excusationem mereatur; id eò tutius est, non condemnando eum, excusare omnia, benè interpretari, bono zelo, vel saltem primo eius motui, id attribuere. Hoc S. Bernardus suadet: Excusa intentionem, si opus non potes; puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.

2. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

1. Reg. 16. 7. 8.

tare possint maiorem acerbiteriam crucis tuæ, ut ita pars inferior sentiat maiorem molestiam, & tu eam libenter pro Deo tolerans, des maiorem gustum Deo, & plus merearis, pro maiore incremento Diuinæ eius gloriæ. Hoc suo exemplo Christus Dominus docuit, qui variis considerationibus spontè accersitis excitauit in se orans in horto, timorem, tristitiam, tædium, agoniam, & sudorem sanguineum; ut non tantum corpore, sed animo etiam pateretur acutissimos mentales dolores, quos maximos efficacius in animâ, quàm in corpore cum esse perpeffum incomparabiliter supra communes, ait B. Laurentius Iustinianus. Et quidem postquam ab Angelo confortatus fuit, cæpit sentire agoniam vsque ad sudorem sanguineum. Immo, ut diuinitas edocta docuit B. Angela de Fulginio, Christus D. ab instanti sua conceptionis, continuò considerabat singulariter omnes pœnas, & quamlibet per se, quas in suâ carne experiri debebat, ut sic continuè summum dolore sentiret. Sic fecit Dauid in suâ & Christi personâ considerans Achiopelis erga se, & erga Christum Iudæ, ingratitude, & iniustitiam illatam. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; & si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & natus meus. Ea enim, inquit Theodoretus qua ab inimicis fiunt, toleranda & ferenda censens: omnium mihi molestissimum videtur, virum familiarem, & concordem, meum sodalem & conuictorem, factum & diuinarum ac humanarum rerum mecum conscium, res inimicas & hostiles facere.

293. Nondè, Nullam aduersitatem, & persecutio-nem habes pro iniuriâ: etsi pro tali soleat haberi, & sit verè: quia ob peccata tua plura mere-ris, & peccatis iustissimè à Deo tales aduersita-tes permittuntur vel immittuntur: proinde non sunt iniuria, sed beneficia, quia sunt pœnæ debi-tæ culpæ tuæ, eas abolentes. Sicut suspensiu non est iniuria furi illata, sed supplicium, quod est promeritus furto suo. In insidiis, & calumniis, inquit S. Chrysostomus, iniuriam non patimur, sed illi, qui faciunt. Ait enim: Anima, qua peccat, ipsa morietur. Peccauit autem, non qui malè passus est, sed qui malè fecit. Scribitur in Vitis PP. Abbatem Ammonem prophetaffe B. Antonio: Multum habes in timore Dei proficere. Et educens eum è cellâ, ostendit ei lapidem, & dixit ei: Vade, & iniurare lapidem hunc, indefinenter cede illum. Quod cum fecisset, interrogauit illum S. Antonius, si ei aliquid lapis respondisset? At ille dixit: Non. Cui Abbas Antonius ait: Ita & tu ad hanc mensuram perueniturus es, si nullam tibi fieri arbireris iniuriam. Si mansuetudinem exhiberemus, inquit S. Chrysostomus, essemus omnibus insuperabiles, nec vlla ad nos iniuria perueniret. Et, ut idem alibi ait, vnum illud spectemus, non, ne quid mali patiamur ab inimicis, sed quâ ratione fieri possit, ne quid illis inferamus mali. Ita nihil patiemur mali, etsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum à sau-

le eicitur, dum in exilium agitur, dum vsque ad viâ discrimen insidiis appetitur, quicquam acerbi passus est; quin potius tum hoste suo factus est illustrior, honorabiliorq; tum ceteris omnibus amabilior, ilque non hominibus tantum, sed ipsi etiam Deo. Hoc autem magnum beneficium est, & veræ amicitie affectus. Hanc ob causam, ut obseruauit S. Ambrosius, S. David, Euangelico spiritu non solum inoffensus, sed etiam gratus fuit conuictanti Semei, & delectatus potius, quàm exasperatus iniuriis; pro quibus mercedem sibi reddendam arbitrabatur. Hoc autem magnum beneficium est. Hinc Stephanus Monachus sanctus, teste S. Gregorio, eum sibi amicum credebat, qui sibi molestus aliquid irrogasset. Omnes suos aduersarios nihil aliud quàm adiutores aestimabat. Ideò meritò dicebat B. Baptista Verana: Quando anima crescit in gratiâ, non cognoscit amplius inimicos, imò quamlibet personam, qua adiuuat ad salutem, cognoscit pro amico. Totus mundus & infernus sunt ei amici, tantum se pro inimico habet; & non inuenit illam personam, qua impediat eius salutem, nisi suos inordinatos affectus, & postquàm pacem secum fecerit, non habet de quo doleat. Beatus, qui peruenit ad hunc gradum: tunc est reconditum principium futura impassibilitatis: hic est occultatus thesaurus cordialis pacis mentalis, & qui huc non intrat, non scit quid bonum in hac vitâ mortali. Hic anima inbi-lat cum Deo, Deus pacem vult, quia Rex pacificus est: & cum hominibus pacificis in domo quietâ vult habitare. Hoc sensu S. Gregorius Papa dixit, ponderans illa Christi Domini verba: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis; Mori, inquit, pro inimicis Domini venerat, & tamen positurum se animam pro amicis dicebat, ut nobis ostenderet, quia cum lacrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt qui persequuntur. Humilis, inquit B. Laurentius Iustinianus, semper arbitrat, se deteriora mereri, quàm patitur: quamobrem patienter, aspera sustinet gratias in tentationibus agit. Nec valet quis humano explicare eloquio, quanta sit utilitatis quanti meriti, & quàm sit Deo gratum, non altum sapere, tribulationes irruentes perferre fortiter, illatas contumelias tranquillâ mente pati, & humiliter aduersantia quæque aduersâ propriis peccatis adscribere.

Decimò, Tempore aduersitatum noli adhibere etiam pias considerationes, quæ possent in te minuere sensum & molestiam aduersitatum, si eas Dei beneficio experiris te patienter, libenter, & hilariter perferre. Hoc S. Ecclesia in suo Hymno commendat in Martyribus, laudans eos, quod corde tacito mens illorum benè conscia, patientiam conseruauit. Nam non tantum ore tacebant, sed & corde, non admittendo sermonem consolatorium internum. Nam, sicut homo ipse, ut ait S. Ambrosius, sue auctor est arumna, exaggerando secum grauitatem aduersitatum; ita è contratio verum est, quod scripsit S. Chrysostomus: Intellectus potest dissoluere passiones; Cogitando de rebus exilarationis, Tu enim tantum

de perf. grad. c. 9.

Pl. 4. 13. 14.

293.

h. 68. ad pop. Ezech. 18. 20. 1. 7. c. 9. n. 3.

h. 14. in ep. Rom. to. 1. cont. spectac. & de Dau. de.

294. 1. 1. Off. c. 48.

h. 35. in Euang.

295. 4. p. Chr. S. Franc. to. 2. l. 7. cap. 26.

h. 27. in Euang. Ioan. 15. 13.

296. l. de humil. c. 17.

297.

in c. 8. Luc.

in c. 11. Luc.

tum adhibenda sunt pie considerationes, quando quis sine illis deficeret in aduersitatibus: quo tempore prodest talibus considerate, per aduersitates grauiora mala pœnarum temporalium, hic & in Purgatorio euitari; amplas proiis in celo coronas parari: per eas Christo nos, & Sanctis eius, plura passis, similes reddi. & his similia, quæ supra cap. 3. attuli; & ab aliis copiosè explicata sunt, quæ hic non referam, ne actum agam. Proderit etiam talibus, ita se animare, quomodo se animabat P. Balthasar Aluarez in suis crucibus, quas sæpè patiebatur: Erras si cogitas, te integrum & non benè conuulsim peruenturum ad calum. Celorum enim regnum est detruncatorum regnum, tentatorum, afflictorum, contemptorum, & qui hæc & similes alias arumnas & calamitates experiri sunt. Quomodo igitur auderes inter tot adeo celebres ac decantatos Duces & Capitaneos comparere, adde timidus, ut si Deus causam & litem tuam tibi ipsi decidendam committeret, eam contra te ipsum decideres? Deus vult, te hoc intelligere, pretiosum esse bonum, quod querimus, pro quo obtinendo tanta toleramus. Si cupidus quisquam in sua vinea colenda multas pecunias & tempus expendisset: & post magna indicia copiosi fructus videret eam grandine confringi ac destrui: quid is in animo sentiret? quid si grandines ipse, aureæ essent, quantam acciperet consolationem? multo si quidem maius esset illi lucrum, quam esset iactura vineæ. Aurei sunt lapides valde pretiosi, contemptus, vehementerque locupletantes eos, qui nouerunt esse patientes. In huiusmodi etiam occasionibus dicere solebat, debere unquam quemque attendere, omnes, qui sunt in celo, Sanctos ipsum aspicere, & expectare, quomodo ipse difficultatem illam superet, & ex ea proficiat. Et Christus ipse Dominus noster dicebat: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: attendens, quomodo nos in his difficultatibus geramus, iram mansuetudine frenantes, & contemptum humiliter tolerant: false ne ipse iure conueneratur, quod eius verbum, & exemplum parui faciamus. Cogita, inquit, quid sentiat Superior, si se primò veniente ad communes Collegij occupationes, id non sufficiat, ut alij ad easdem exactè & ad nutum conueniant; & se ad domum purgandam, scutellas lauandas demittente, alij non imitentur; & se ad communem orationem surgente, alij ex ignauia in lecto remaneant. Si igitur homo puluis grauius fert, verba & exempla sua optato fructu carere, quid sentiet Christus, si verbo

Vit. c. 40.
p. 473.

l. 2. ep. 76.

h. 63. in
Gen.

suo non obediatur, & exemplum obliuioni tradatur: Et hoc sensu intelligendus est S. Ilidorus Pelusiota scribens, Plerosque mortalium, imperitiâ obrutos ita in calamitatibus afficit, ut eorum animi consolationem omnem respuant (quippe calamitatibus succumbentes, iniquo animo eas ferentes, & quasi desperabundi.) Qui autem prudenti iudicio gubernantur, eas propulsant, non modò fortiter ferendo, sed etiam coronas animo & cogitatione versando. Exemplum huius rei habemus in Ioseph Patriarchâ innocentissimo, qui, ut ponderat S. Chrysostomus, cum oblitus eius esset Præfectus pincernarum, cui liberationem & carcere, sibi diuini-

tus reuelatam prædixerat, Non est ob hanc sui obliuionem perturbatus, nec commotus, nec egrè tulit. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, dixisset forsas intra se: Quid hoc rei? Præfectus pincernarum, mox ut interpretatus sum ei somniorum visionem, pristinam felicitatem accepit, & non est memor eius qui sibi prædixit: Ille quidem solitâ felicitate fruitur, ego autem, qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum his, qui innumera mala commiserunt. Nihil horum vel dixit vel cogit aut sciebat enim, quod amplius sibi stadium pararetur, in quo decerandum esset, ut legitime certando, clariori redimiretur coronâ. Considera enim quomodo post restitutionem Præfecti pincernarum, duo anni præterierint.

Commendat hoc S. Terefia in quadam magna sanctitatis Moniali, Beatrice Dignesia, quod ad dicere solet, insignem quandam rusticitatem fore, in doloribus, quos ei Dominus immiseret, alleviamentum quarere. Et in alio libro excitans suas Moniales, ne, dum innocenter accufantur, excufent se, promissa iis tacentibus Dei defensione illis ad futurâ, vetat eas reuocare in memoriam, quippe alleviamentum quoddam crucis & molestarum, quas accusationes inique afferunt parti inferiori nostræ. Excitabit, inquit, Diuina Maiestas aliquè, qui verum Patronum, vobis tacentibus ager: sed vos huius rei recordari nollem, sed gaudere, quod culpemini. Quod si vos non defenderit, certum est, id minimè opus esse. Sic silentem Ioseph, & neminem accufantem, ut ait S. Chrysostomus, Clemens Dominus in tantam eum gloriam perduxit, quando vidit atbletam suam rectè certasse &c. Scit enim (suprà dixerat) optimus artifex, quanto tempore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci. Sed qui necdum sunt stabiliti in perfecto crucis amore, antequam aduersitates ingruant, piis se cogitationibus corroborent, ut excipiant fortiter, dum superuenerint, iuxta S. Gregorij Papæ consilium: Mens, inquit, sollicita, antequam agere quodlibet incipiat, omnes, quas pati potest, sibi contumelias proponat: quatenus Redemptoris sui probra cogitans, ad aduersa se preparat, que nimirum venientia tantò fortius excipit, quando se cautiùs ex præscientiâ armavit. Qui enim improvidus ab aduersis deprehenditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur: eumq; citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminencia per sollicitudinem prænotat, hostiles incurfus, quasi in insidiis vigilans expectat, & inde ad victoriam valentior accingitur, vnde nasciens deprehendi putatur. Solerter ergo animus ante actionis sue primordia, cuncta debet aduersa meditari, ut semper hæc cogitans, semper contra hoc thorace patientie munitus, & quicquid acciderit, prouidus superet, & quicquid accesserit, lucrum putet. Hoc ipsum suavitè Seneca: Imperfectus, & adhuc in publicum se iudicium dirigentibus, hoc proponendum est, inter iniurias ipsas contumeliasq; versari debere: omnia lucra accidunt expectantibus. Quod quisque honestior genere, formâ, patrimonio est, hoc se fortius gerat; memor in primâ acie alios ordinare

l. fundat.

cap. 11.

l. in. pef.

cap. 15.

l. 63. in
Gen.

l. 31. mo.

cap. 17.

298.

l. quod in
l. p. 100.

cap. 19.

Arare contumelias, & verba probrosa, & ignominias, & cetera debonestamenta, velut clamorem hostium ferat, & vt longinqua tela, & saxa sine vulnere circa galeas crepitantia.

299. *Vndecimò, Noli quantum in te erit, discedere ab iis locis, & personis, à quibus aliquid pateris, sed libentiùs ibi mane, quam alibi, vbi nihil eiusmodi pateris. Dicebant olim Patres, vt scribitur in Vitis PP. Si tibi contigerit tentatio in loco, in quo habitas, non deseruas locum in tempore tentationis, quia si deserueris, quocumque perrexeris, ante te inuenies quod fugiebas: sed patiens esto, donec tentatio transeat, ne discessio tua aliis scandalum faciat: & ne forte aliis, qui circa locum ipsum habitant, tribulationem ingerat discessio tua.*

15. libel.
7. n. 12.
Rol. pag.
389.

1. par.
Chron.
cap. 4.

cap. 42.

Gall. Ab.
1583.
Bac. l. 1.
c. 18. n. 2.
300.

1. par. c. 11.

S. Dominicus libentiùs concionabatur in iis locis, in quibus contemnebatur, quam in aliis, in quibus honorabatur: vt scribit Ferdinandus de Castillo in eius vitâ. De Sociis S. Francisci scribit S. Bonauentura in vitâ eius: Multa, inquit, eis in diuersis partibus Orbis inferebantur conuitia, tanquam personis despiciabilibus & ignotis, verum amor Euangelij Christi, ad eos ipsos patientes effecerat, vt quærent potius ibi esse, vbi persecutionem paterentur, in corpore, quam vbi cognita eorum sanctitate, mundano possent gaudere sauroe.

Sic, sancta illa Virgo, cuius nomen fuisse Iliodoræ, Græcæ membranæ docent apud Palladium in Historiâ Lausiaca, quamdiu in Monasterio Tabennensiotarum, ab aliis Virginibus conuitiis, contumeliis, verberibus per annos plurimos afficiebatur, libenter in culinæ ministeriis, segregata à cæteris versabatur, summâ patientiâ, & silentio tolerans omnia. Sed postquam Abbati Pityrum Angelus eius sanctimoniam reuelauit, & is eam longo suscepto itinere, in illo Monasterio inuicuit, & publicè commendauit, ac adorauit, eiusque sapientiam sibi ab Angelo esse indicatam, narrauit, videns se honorari ab iis, à quibus antea incredibilia passa fuit, tam ex illo Monasterio profugit ad locum adeò incognitum, vt nunquam resciri potuerit, quò crucis Christi amica & inimica mundani honoris, secessisset. S. Philippus Neri cum per 33. annos manens in Domicilio S. Hieronymi multa à quibusdam domesticis pateretur, ne occasione, quotidianorum meritorum sese priuaret, noluit ad domicilium Patrum Congregationis Oratorij à se fundati transire, donec summi Pontificis autoritate, ad hoc faciendum coactus est, vt scribit Gallonius & Baccius in eius vitâ. Huic patientiæ affine est, libenter ea loca adire, in quibus aliquis aliquid pati consuevit, vt faciebat adhuc secularis B. Clara de Montefalco, teste Baptistâ Pergilio in eius vitâ. Porrò sicut loca, molestiarum nostrarum seminaria ob eas deferenda non sunt, sic neque Personæ nobis iniuriôsæ declinandæ. Extat insigne rei huius exemplum apud Cassianum & Ioannem Moschum in Prælo spirituali:

Quædam, inquit Cassianus, Religiosa femina patientia virtutem tantâ auaritate sectata fuerat, vt non solum temptationum non vitaret incursum, sed etiam occasiones molestiarum sibi procuraret, quibus frequentibus instigata non cederet. Hac cum Alexandria commoraretur, essetq; non obscuris orta Maioribus, atque in domo, quæ sibi à parentibus fuerat derelicta, religiosè Domino deseruiret, veniens ad beatæ memoriæ Athanasium Episcopum, precabatur, vt aliquam sibi alendam viduam daret, quæ ex Ecclesiasticis sumptibus pascebatur. Et vt petitionem eius verbis ipsius exprimaui: Da mihi, inquit, aliquam ex Sororibus, quam re-paussem. Sacerdos igitur cum laudasset propositam famina, quòd eam ad opus misericordie vidisset esse promississimam, iussit ex omnibus eligi viduam, quæ & honestate morum & grauitate ac disciplinâ omnibus præferretur, ne forte desiderium largitatis percipientis vitio vincatur, & quæ mercedem quæreret in egenâ, damnatum fidei prauis eius offensa moribus pateretur. Cui cum domum adducta omnibus deseruiret obsequiis, virtutem modestiæ ac lenitatis eius experta, vidensq; se ab ipsa monentis singulis gratiarum actione pro officio humanitatis honorari, post dies paucos ad memoratum reuertitur Sacerdotem. Rogaueram, inquit, vt mihi dari præciperes, quam ego rescirem, & cui morigeris famularer obsequiis. Cumq; ille nec dum propositum femina ac desiderium intelligens, estimasset petitionem eius dissimulatione Prepositi fuisse neglectam, causâq; more illius, non absque animi sui commotione perquirens, protinus agnouisset, honestiorem ei cæteris viduam deputatam occultè præcipit, vt ea illi, quæ esset cunctis nequior, traderetur, quæ scilicet vel iracundiâ, vel rixis, vel volentiâ seu verboritate, atque etiam vanitate cunctas, quibus hac vitia dominarentur, excederet. Quam cum multo facilius inuentam, sibiq; traditam domi habere coepisset, atque eadem ei diligentia, quâ priori illi viduæ, vel etiam studiosius ministraret, hoc solum ab eâ pro tantis obsequiis recipiebat gratia, vt indignis ingiter afficeretur iniuriis, conuitiis quoque ab eâ, exprobrationibusq; continuis vexaretur, obuiante ei, & maledictis obiectionibus increpante, eò quòd se non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum, & contumeliam ab Episcopo poposcisset, magisq; se de requie ad laborem, quam de labore transfuisset ad requiem. Cum ergo assiduas iurgiorum eoque prorumperet, vt ne ab iniectioe quidem manuum prociæ mulier temperaret, illa aatem humilioris obsequij ingeminaret officia, non furentem vincere renitendo, sed semetipsam humiliter subiiciendo, discebat, vt multis modis indignitatibus læcessita, obiurgantis insaniam humanitatis mansuetudine deliniret. Quibus ad plenum exercitiis confirmata, perfectamq; virtutem desiderata patientiæ consecrata, ad memoratum Sacerdotem, tam pro electionis illius iudicio, quam etiam pro beneficio exercitacionis suæ, gratias relatura perrexit: eò, quòd secundum desiderium suum tandem ei Magistram patientiæ dignissimam prouidisset &c. Tandem dedisti mihi, quam re-paussem: nam illa prorsus suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequiis, &c.

Caf. Coll.
18. c. 14.
Prat. c.
206.

1. lib.
1. c. 1.
1. c. 1.
1. c. 1.

Sic S. Catharina Senensis feminam cancro
Qqq 2 fatente

301.

1.1. c. 7. vi-
ta.

ferente horridam, sui infamaticem, domo expellere, etsi ad id vrgeretur à matre, noluit, sed omnia ei obsequia instar seruae libentissimè impendit. *Hac de sexu muliebri, inquit Abbas Piamon apud Cassianum, dixisse sufficit, vt commemoratione hac, non solum adificemur, verum etiam confundamur, qui nisi fuerimus ad ferarum morem retrussi in caueas cellularum, patientiam retinere non possumus.*

302. Duodecimò, Tamen si mutatione loci scites non cessaturas cruces tuas, sed te absente duraturas, eos verò qui te persecuti sunt, redituros ad cor, & ex tuo discessu voluptatem concepturos, si bonis & licitis modis, potes locum mutare, & hanc ratione materiam lætitiæ præbere aduersariis, & amouere occasiõnem peccandi contra caritatem (quando clarè appareat te ab iis malignè tractari) expedit, vt te talibus subducas, & propter Deum eligas honestum exilium. Sic Iacob fratri indignanti piè cecidit, inquit S. Ambrosius id suadens, & Rebecca, id est, patientia, instructus consilio, abesse maluit, & peregrinari quàm excitare fratri indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et idèò tantam apud Deum inuenit gratiam. Hoc cum laude fecit David, vt ponderat S. Chrysoctomus. David, inquit, potius habuit fugere, & à patriis adibus exulare, atque erroneam profugam, agere, & in calamitate sibi necessariam parare victum, quàm Regi Sauli, vita sua insidiant, toties eadem occasione dare. Nec enim ed spectabat, vt se ipsum videretur, sed vt illum ab eo malo liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, vt subsidere, faceret vomitum, contraheret, & tumorem vlcis, & inuidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeramq; pati aduersa, quàm hunc apud Deum de innocentiis eade condempnari. Hac non audiamus tantum, sed etiam imitemur, nihil enim eum faciamus tum patiamur, vt inimici similitatem erga nos deponant, nec illud inquiramus vtrum meritò an inmeritò maleuolum animum erga nos gerant: sed hoc modo spectemus, qui fieri possit, vt nobis inimici esse desinant. Siquidem hos spectat Medicus, vt morbo liberet agrotum, non vtrum meritò, an inmeritò morbum contraxerit. Tu quoque igitur Medicus esto ei, qui te læsit, vnum hoc quaerens, quo pacto illi morbum adimas: idq; fecit hic beatus, egestatem pro diuitiis, solitudinem pro patria, labores, periculaq; pro delictis & securitate, perpetuum exilium pro terrarum orbe elegit vt Saulem ab ipso in illum odio maleuolentiaq; liberaret. Sic S. Narcissus Episcopus Hierosolymitanus, sanctitate & miraculis illustis, cedens calumniis suorum subditorum, in secretam solitudinem se recepit. Sic fecit S. Gregorius Nazianzenus, multis exagitatùs iniuriis Constantinopoli, & tanquam ambiuisset Constantinopolitanum Episcopatum, proclamatus post triennale in eà vrbe commorationem, renuntiauit illi Episcopatu, & in Cappadociam se transtulit, vt ipse de se scribit orat. 3. & carm. de sua vita.

Gen. 27.
1.1. Off.
cap. 27.

10. 1. h. de
David &
Saul.

Euseb. 1.6.
hist. c. 8.
& 9.
Baron.
An. 199.

Sic & S. Benedictus, relictis Monachis dycolis, qui eius regendi rationem ferre non poterant, aliò migravit, nec reuersus ad priores, alibi vitam sanctè finiuit.

Decimotertiò, Etiam mortuis persecutoribus tuis, vel iis qui te afflixerunt, ostende beneuolum erga eos affectum, & verbis & factis. Admirabilis fuit etiam in hac parte David, qui, vt ait S. Chrysoctomus, postquam audierat Regem in acie occidisse, & discedit vestimenta sua, & cinere conspersus est, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amissio primogenito germanoq; filio, subinde nomen illius inelamans, vna cum filij nomine, composito etiam in defuncti laudem enconio, ac voces acerbi doloris testes emittens, impastus durauit vsque ad vesperum, execrans & ipsa loca, qua Saulis sanguinem exceperunt: Montes, inquit, Gelboe ne cadant super ros neque ros neque pluuia, montes mortis: quoniam illis sublata sunt tabernacula potentium. Quod sepenumerò patres faciunt, vt domum etiam auerterent, & limen dolentes aspiciant, per quod extulere filium, hoc & hic fecit, eos montes deuotens, qui eadem illum acceperant &c. Hæc, & plura alia S. Chrysoctomus, & S. Ambrosius. Sed his non contentus David, cum auerteret initio Regni sui à viris Gabes sepultum esse Saulem, misit nuncios suos ad eos, dixitque: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino nostro Saul, & sepelisset eum. Ex tunc retribuet quidem vos Dominus misericordiam & veritatem, sed ego reddam gratiam, eò quod fecistis verbum istud &c. Præterea morte affecto occisorem Saulis & eius filij. His non contentus residuus de domo Saul benefacere voluit, & benefecit filio Ionathæ Miphiboseth, cui restituit omnes agros Saul, & iussit, vt comederet in mensa sua semper.

Similia imitemur, ita & nos erimus (sic vt fuit David). Viri secundum cor Dei, quod maxime probabimus, si orabimus pro inimicis eorum, à quibus, dum viuerent, aliquid passi sumus. Maius est enim beneficium suffragiorum iis post obitum impensum, quàm quoduis aliud, quod dum viuerent, affici potuissent.

Decimoquartiò, Gaude & humili animo gloriari de tribulationibus, tanquam maximis beneficiis & fauoribus Dei. Illi mundi sunt pisces, inquit S. Bernardus, qui squammas & pennulas habent. Sunt autem squammas multas, sed vna quodammodo ex eis lorica contextitur, qua vna est patientia virtus; hæc singulis tribulationibus exhibere videamur tam verò sicut squammas ad patientiam, sic pennulas quoque ad hilaritatem. arborum non incongruè posse referri. Hilaritas quippe lenat & subleuat, vt salus quosdam in altum dare videatur, quisquis exhilaratur. Sanè vt duas habeamus pennulas, duplex nobis hilaritas querenda est. Et fortè propterea docet Apostolus (ille enim verè pennas habebat, quibus & in terram vsque caelum raptus est, & volauit etiam in Paradisum) non solum gloriari in spe, sed etiam gloriari in tribulationibus. Proorsu sublimè volat, quisquis ille est.

est, quem non modò futurorum expectatio bonorum, sed presentium quoque malorum exhibitio ipsa delectat: ita ut in eo etiam gloriatur. Et statim recensens gradus patientiæ incipientium, proficientium, & perfectorum; incipientium esse ait, **Crucem Christi sustinere patienter, proficientium, portare libenter, perfectorum verò, qui consummantur in caritate, amplecti eam ardentem.** Et post multa: **Si vis, ait, perfectus, esse, unum adhuc est tibi necessarium. Quid illud, inquis? profectò gaudium in Spiritu sancto, siquidem & is qui timore coercetur, & patiens est, & qui ratione spei ducitur, & benevolus est: nisi etiam fuerit seruens spiritu, facillè labi potest.** Porro que per Spiritum diffunditur caritas, & patiens & benigna est, & quod est amplius, nunquam excidit. Ad talem caritatis & patientiæ gradum, in quo est gaudium in tribulationibus, aspirandum est ei, qui cupit pertinere ad summitatem scälæ perfectionis. Immodò quandoque ad senectutem. Hinc quidam interrogatus apud Senecam: **Quomodò rarissimam rem in aulâ consequutus esset senectutem?** Respondit: **Iniurias ferendo, & gratias agendo.** Porro duæ sunt præcipuæ causæ gaudendi; sed multas in se alias continentes: **Prima, Quia profunt animabus tribulatorum, tribulationes bene toleratæ;** tum ob merita ob satisfactiones pro peccatis commissis; tum ut exercerentur varij actus virtutum erga persecutores; tum, ut Deo solidus amor exhibeatur, tum ut sit spes futuræ beatitudinis amplior, & solidior coronis in cælo ditanda. **Secunda, Quia ut ait B. Laurentius Iustinianus, occasione aduersitatis oritur per sepe fortior cura Caritatis, suimet scientia clarior, & conuersandi cautela prudentior.**

l. 3. de ira.
cap. 33.

de interi.
conf. c. 2.

305.
l. 4. Reu.
cap. 17.

Decimoquintò, B. Agnes docuit S. Brigittam modum ferendi cruces & tribulationes, nimirum ut alias virtutes adiungant forti patientiæ: Currus, in quo sedere debes, est fortitudo & patientia in tribulationibus. Cùm enim homo carnem frangat, & totam voluntatem suam Deo committere, aut sollicitat mentem superbiâ, qua hominem eleuat, à se, & supra se, quasi similis sit Deo, & hominibus iustis, aut certè frangit eum impatientia, & indiscretio: ut vel redeat ad solita, vel deficiat in viribus, ut ineptus sit in labore Dei. Propterea opus est patientiâ discretâ, ut nec impatiens retrocedat, nec indiscretè persueret, sed viribus & Superioribus se conformet. Prima verò rota currus istius, est voluntas perfecta relinquendi omnia propter Deum, nihilq; desiderare nisi Deum. Nam sunt multi, qui temporalia relinquunt eo fine, ut aduersitatibus careant, & tamen nihil eis dicit ad utilitatem & voluptatem, quorum rota non est bene ductilis & versatilis. Qui cùm pungit paupertas, desiderant sufficientiam, cùm grauat aduersitas, requirunt prospera, cùm tentat eos deuotio, murmurant de dispositione Diuinâ, & affectant honores: cùm precipiuntur, querunt proprias libertates. Ergo illa voluntas est Deo placita, qua nihil de suo habere desiderat, nec in prosperitate nec in aduersitate. Secunda rota est humilitas, quâ homo reputat se ad omnia bona indignum; potens ante oculos

suos omni horâ peccata sua, reum se existimando in conspectu Dei. Tertia rota est, diligere Deum sapienter. Ille planè sapienter diligit, qui seipsum circumspiciendo odit vitia sua, qui contristatur de peccatis proximorum & parentum suorum; letatur verò de spirituali profectu eorum ad Deum, qui amicum suum non optat viuere ad vitæ & commodum suum proprium, sed ut Deo seruiat, timetq; ei plus de mundano processu, ne offendant Deum. Talis ergo est sapiens dilectio, odiendo vitia, & non fouendo propter fauorem & honorem, eosq; plus diligendo, quos in amore Dei viderit feruentiores. **Quarta verò rota est refrenatio discreta carnis.**

Decimosexto, Opta ex animo persecutiones, ut iis exagiteris perpetuò, sine tamen Dei offensa, vel eius gloriæ impedimento. Qui præclaram ac luculentam victoriam adipisci solet, inquit S. Ildorus Pelusiota, acceptas iniurias & contumelias, non modò forti ac strenuo animo ferre debet; verum etiam plura ei à quo iniuriâ afficitur præbere, quam ipse accipere cupiat: improbaq; cupiditatis ipsius metas, liberalitatis suæ copiâ superare. Quid si hac ab hominum sensibus, & iudicio remota esse videntur, à cælis sententiam seremus, illincq; hanc legem recitabimus. Neque enim dixit Saluator: Si quis in dextram maxillam alapam tibi impegerit, forti animo id patere, ac conquiesce (hoc enim nullis præceptis & consiliis instructi quidam philosophia laude clari atque insignes homines, atque ex lege ipsi à naturâ instrati vitam moderantes præstiterunt) verum illud adiecit, ut alteram quoque ad excipiendam plagam promptam ac paratam habeat. Nam in hoc demum præclara & splendida victoria sita est. Illud enim Philosophicum est: hoc naturâ præstantius & celeste. Talis enim status animæ est summæ perfectionis quem ita descripsit Deus Pater S. Catharinæ Senensis: **Qui perfectionem amoris amici atq; filialis attingerunt, & vniorem valde perfectam, quam anima fecit in me, ubi fortitudinem ultra fortitudinem acquirit, ita ut non solummodo cum patientiâ toleret aduersa quæcunque, verum etiam anxie desideret ad laudem & gloriam mei nominis omnino sustinere; isti gloriantur in opprobriis vniuersi Filij mei: ut ait Apostolus Paulus, gloriosus præco meus: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Ego namque stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Similiter isti tanquam de honore meo capti, & veluti famelici animarum cibum esurientes, velocissimè currunt ad mensam sanctissimæ crucis exoptantes affectuoso desiderio penas quascunque tolerare, proximo utilitatem asserre, virtutes acquirere atque conseruare, stigmata Iesu Christi portando iugiter in corporibus eorum, videlicet quia cruciatus amor, quem in corde gestant, etiam in corpore relucet. Vilipendendo semetipsos & pro magnâ delectatione suâ gloriantes in pœnis, opprobriis atque molestiis, vndeunque proueniunt, siue qualitercunque mihi placet eis concedere, huiusmodi carissimis amicis meus pœna est vrique consolatio; delectatio verò labor est eis. Et consolationem omnem sine delectationem, quam mundus eis exhibere vellet, ipse contemunt, nec acceptare dignantur. Neque solummodo**

306.

l. 2. ep. 6.

dial. c. 78.

modò consolationes mundi (nam ego interdum concedo, quòd serui mundi eos habeant in reuerentiâ, atque subueniant necessitatibus eorum) sed etiam consolationes, quas ego Pater æternus animabus eorum infundo, ex humilitate & odio sancto sui contemnunt. Non quidem contemnunt consolationem atque gratiam meam; sed delectationem, quam anima desiderium inuenit in ipsa consolatione. Hoc enim accidit ex virtute vera humilitatis, quam acquisierunt in odio sancto. Tale desiderium patiendi erat in omnibus Sanctis eximii. De S. Dauid scribit S. Ambrosius, quòd expeteret maledicti sibi: quia illo maledicto Diuinam exquirebat misericordiam. De S. Catharina Senensi scribit eius Confessarius B. Raymundus, adò delectatam fuisse afflictionibus, vt nihil in hac vitâ tantum ei refrigerij & solatij adferret, quantum afflictiones & cruce sine quibus, vt ipsa aiebat, vita hæc ei fuisset molesta: propter eas autem libenter ferret beatitudinis dilectionem, non ignorans, illam afflictionibus non parum augeri. Suprà vidimus, quanti fecerit persecutiones S. P. N. Ignatius, vt eas omnibus rebus creatis anteposuerit.

Hinc sequitur, si licet optare cruce, licet etiam eas à Deo expetere, vt precebat S. Iob, & S. Franciscus suprà citati. Ideò & sancta Ecclesia eorum exemplo petit in quadam oratione à Domino, vt Crucem iugiter feramus, & dignos fructus penitentiae faciamus.

Nam, vt ait Abbas Abraham apud Cassianum, Maiora nobis per colluctationem tentationum laudis contulit premia, & benigna erga nos gratia Saluatoris, quam si omnem à nobis necessitatem certaminis abstulisset. Etenim sublimioris prestantiorsq; virtutis est, passionibus arumnisq; vallatum manere semper immobilem, & aduersum se scientibus cunctis, certum de presidio Dei, atque intrepidum perdurare, humanisq; incursums velut armis inuicta virtutis accinctum, gloriosissimè de impatientia triumphare, & acquirere quodammodo de infirmitate virtutem, quia virtus in infirmitate perficitur.

Decimoseptimò, Lauda aduersarios tuos, benè loquendo de illis: benedic illis, alloquere beneuolè. Si perfectus sim, inquit S. Ambrosius, benedico maledicentem, sicut benedicebat & Paulus, qui ait: Maledicimur & benedicimus. Præclarum huius rei exemplum præbuit Moyses, vt ponderat S.

Ambrosius: Quamuis Moyses à populo Dei absorbebat contumelias, & cum Dominus insolentes vindicare vellet se tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi Diuina plebem subduceret: quam miti sermone post iniurias appellabat populum, solabatur in laboribus, deliniebat oraculis, fovebat operibus. Et quâuis cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humilis & gratâ appellatione affari solebat. Meritò æstimatus est suprà homines, vt vultui eius non possent ostendere. Insigne ostendit exemplum etiam Ioseph Patriarcha, qui suam calamitatem commemorans, ex maleuolentiâ fratrum profectam, abstinent à verbis mordacibus, etiam de absentibus, quamuis esset digna iis, sed eam

pincernarum Principi commemorans ait: *Enth* Gen. 48. *sublati sum de terrâ Hebraeorum.* Quæ mitissima *11* verba exponens S. Basilii Seleuciæ Episcopus: *12* *Quæ lingua, inquit, pro dignitate eam laudet orationem, qui verborum quoque humanitate cum inimicis vsus est: Non inuidentiæ recordatus, non fratrem inuolens crudelitatem, non venditionem recensens, non mortem meditatam exponens, non mulieris immoderatum amorem, non illius importunitatem. Ita inuidiam, venditionem, belluinamq; immanitatem, humanitatis obsequiis vlciscitur. Vidisti Diuinis preceptionibus inhaerentem, oïes amantem, noui Testamenti conseruationem enunciantem. Quasi Euangelij conseruationem sit, anticipata ante eius promulgationem, per hanc Ioseph humanitatem erga inimicos suos, Non satis ergo est tacere mente & lingua, dum aliquid patimur; sed postquam etiam passi sumus, nil loquendum est, quod cedere queat in notam aliquam nostrorum aduersariorum vel censorum. Quocirca S. Isidorus Pelusiota *13* *14* *15* *16* *17* *18* *19* *20* *21* *22* *23* *24* *25* *26* *27* *28* *29* *30* *31* *32* *33* *34* *35* *36* *37* *38* *39* *40* *41* *42* *43* *44* *45* *46* *47* *48* *49* *50* *51* *52* *53* *54* *55* *56* *57* *58* *59* *60* *61* *62* *63* *64* *65* *66* *67* *68* *69* *70* *71* *72* *73* *74* *75* *76* *77* *78* *79* *80* *81* *82* *83* *84* *85* *86* *87* *88* *89* *90* *91* *92* *93* *94* *95* *96* *97* *98* *99* *100* *101* *102* *103* *104* *105* *106* *107* *108* *109* *110* *111* *112* *113* *114* *115* *116* *117* *118* *119* *120* *121* *122* *123* *124* *125* *126* *127* *128* *129* *130* *131* *132* *133* *134* *135* *136* *137* *138* *139* *140* *141* *142* *143* *144* *145* *146* *147* *148* *149* *150* *151* *152* *153* *154* *155* *156* *157* *158* *159* *160* *161* *162* *163* *164* *165* *166* *167* *168* *169* *170* *171* *172* *173* *174* *175* *176* *177* *178* *179* *180* *181* *182* *183* *184* *185* *186* *187* *188* *189* *190* *191* *192* *193* *194* *195* *196* *197* *198* *199* *200* *201* *202* *203* *204* *205* *206* *207* *208* *209* *210* *211* *212* *213* *214* *215* *216* *217* *218* *219* *220* *221* *222* *223* *224* *225* *226* *227* *228* *229* *230* *231* *232* *233* *234* *235* *236* *237* *238* *239* *240* *241* *242* *243* *244* *245* *246* *247* *248* *249* *250* *251* *252* *253* *254* *255* *256* *257* *258* *259* *260* *261* *262* *263* *264* *265* *266* *267* *268* *269* *270* *271* *272* *273* *274* *275* *276* *277* *278* *279* *280* *281* *282* *283* *284* *285* *286* *287* *288* *289* *290* *291* *292* *293* *294* *295* *296* *297* *298* *299* *300* *301* *302* *303* *304* *305* *306* *307* *308* *309* *310* *311* *312* *313* *314* *315* *316* *317* *318* *319* *320* *321* *322* *323* *324* *325* *326* *327* *328* *329* *330* *331* *332* *333* *334* *335* *336* *337* *338* *339* *340* *341* *342* *343* *344* *345* *346* *347* *348* *349* *350* *351* *352* *353* *354* *355* *356* *357* *358* *359* *360* *361* *362* *363* *364* *365* *366* *367* *368* *369* *370* *371* *372* *373* *374* *375* *376* *377* *378* *379* *380* *381* *382* *383* *384* *385* *386* *387* *388* *389* *390* *391* *392* *393* *394* *395* *396* *397* *398* *399* *400* *401* *402* *403* *404* *405* *406* *407* *408* *409* *410* *411* *412* *413* *414* *415* *416* *417* *418* *419* *420* *421* *422* *423* *424* *425* *426* *427* *428* *429* *430* *431* *432* *433* *434* *435* *436* *437* *438* *439* *440* *441* *442* *443* *444* *445* *446* *447* *448* *449* *450* *451* *452* *453* *454* *455* *456* *457* *458* *459* *460* *461* *462* *463* *464* *465* *466* *467* *468* *469* *470* *471* *472* *473* *474* *475* *476* *477* *478* *479* *480* *481* *482* *483* *484* *485* *486* *487* *488* *489* *490* *491* *492* *493* *494* *495* *496* *497* *498* *499* *500* *501* *502* *503* *504* *505* *506* *507* *508* *509* *510* *511* *512* *513* *514* *515* *516* *517* *518* *519* *520* *521* *522* *523* *524* *525* *526* *527* *528* *529* *530* *531* *532* *533* *534* *535* *536* *537* *538* *539* *540* *541* *542* *543* *544* *545* *546* *547* *548* *549* *550* *551* *552* *553* *554* *555* *556* *557* *558* *559* *560* *561* *562* *563* *564* *565* *566* *567* *568* *569* *570* *571* *572* *573* *574* *575* *576* *577* *578* *579* *580* *581* *582* *583* *584* *585* *586* *587* *588* *589* *590* *591* *592* *593* *594* *595* *596* *597* *598* *599* *600* *601* *602* *603* *604* *605* *606* *607* *608* *609* *610* *611* *612* *613* *614* *615* *616* *617* *618* *619* *620* *621* *622* *623* *624* *625* *626* *627* *628* *629* *630* *631* *632* *633* *634* *635* *636* *637* *638* *639* *640* *641* *642* *643* *644* *645* *646* *647* *648* *649* *650* *651* *652* *653* *654* *655* *656* *657* *658* *659* *660* *661* *662* *663* *664* *665* *666* *667* *668* *669* *670* *671* *672* *673* *674* *675* *676* *677* *678* *679* *680* *681* *682* *683* *684* *685* *686* *687* *688* *689* *690* *691* *692* *693* *694* *695* *696* *697* *698* *699* *700* *701* *702* *703* *704* *705* *706* *707* *708* *709* *710* *711* *712* *713* *714* *715* *716* *717* *718* *719* *720* *721* *722* *723* *724* *725* *726* *727* *728* *729* *730* *731* *732* *733* *734* *735* *736* *737* *738* *739* *740* *741* *742* *743* *744* *745* *746* *747* *748* *749* *750* *751* *752* *753* *754* *755* *756* *757* *758* *759* *760* *761* *762* *763* *764* *765* *766* *767* *768* *769* *770* *771* *772* *773* *774* *775* *776* *777* *778* *779* *780* *781* *782* *783* *784* *785* *786* *787* *788* *789* *790* *791* *792* *793* *794* *795* *796* *797* *798* *799* *800* *801* *802* *803* *804* *805* *806* *807* *808* *809* *810* *811* *812* *813* *814* *815* *816* *817* *818* *819* *820* *821* *822* *823* *824* *825* *826* *827* *828* *829* *830* *831* *832* *833* *834* *835* *836* *837* *838* *839* *840* *841* *842* *843* *844* *845* *846* *847* *848* *849* *850* *851* *852* *853* *854* *855* *856* *857* *858* *859* *860* *861* *862* *863* *864* *865* *866* *867* *868* *869* *870* *871* *872* *873* *874* *875* *876* *877* *878* *879* *880* *881* *882* *883* *884* *885* *886* *887* *888* *889* *890* *891* *892* *893* *894* *895* *896* *897* *898* *899* *900* *901* *902* *903* *904* *905* *906* *907* *908* *909* *910* *911* *912* *913* *914* *915* *916* *917* *918* *919* *920* *921* *922* *923* *924* *925* *926* *927* *928* *929* *930* *931* *932* *933* *934* *935* *936* *937* *938* *939* *940* *941* *942* *943* *944* *945* *946* *947* *948* *949* *950* *951* *952* *953* *954* *955* *956* *957* *958* *959* *960* *961* *962* *963* *964* *965* *966* *967* *968* *969* *970* *971* *972* *973* *974* *975* *976* *977* *978* *979* *980* *981* *982* *983* *984* *985* *986* *987* *988* *989* *990* *991* *992* *993* *994* *995* *996* *997* *998* *999* *1000**

Decimo octauò, Ne procures puniti verbo vel facto te persequentes, vel iniquè accusantes. Sic se gessit S. Ioseph, qui, vt scribit S. Isidorus Pelusiota, Calumnias appetitus, forti id animo tulit: in vincula coniectus, nec tamen animo conseruatus est. Sapientia nomine pradiatus est (siquidem somniorum

interpretatio in opus prodiit) & tamen à regis seruis neglectus, molesto & acerbo animo id minime tulit. Regnum gessit, & mulieris, qua in eum calumniam struxerat, scelus equo animo ac moderato tulit, nec penam ullam ab eâ expetiuit &c.

311. Quò autem his modis patiare libenter aduersa, præparandus est animus multò ante tali ratione, quam Ioannes Abbas tradit apud Casianum: Cum se homo impatientia siue ira perturbationibus incurvari deprehenderit, contrariis semetipsum obiectionibus semper exerceat: & propositis sibi modis iniuriarum, dispensionum, generibus, velut ab alio sibi irrogatis, assuefaciat mentem suam in omnibus, qua inferre improbitas potest, perfectâ humilitate succumbere, atque aspera sibi quaque & intolerabilia frequenter opponens, quanta eis occurrere debeat lenitate, omni iugiter cordis contritione meditetur. Et ita respiciens ad illas Sanctorum omnium siue ipsius Domini passiones, vniuersa non solum conuicia, sed etiam pœnarum genera, inferiora meritis suis esse pronuntians, ad omnem se dolorum tolerantiam præparabit. Quòd si contingat per impatientiam labi sub aduersitatum onere, tunc iste idem ibidem monuit, ita se obiurgans & increpans alloquatur: Tunc ille es, bone vir, qui paulò ante, te omnia superaturum mala constantissime presumebas: Quomodo inuicta illa patientia tua leuissimi verbi prolatione confossa est? Vbi est illud, quòd inani fiducia bellum in pace desiderans proclamabas: Paratus sum, & non sum turbatus? Et cum Propheta sæpè dixisti: Proba me Domine, & tenta me, vte venes meos & cor meum. Tali ergo semetipsum compunctionis animaduersione condemnans, inultam sui commotiunculam non sinat.

CAPVT NONVM.

De Christi doloribus internis.

312. Quoniam multi sunt & perfecti & imperfecti, quos interni mentis dolores vehementer cruciant; hos quidem ob passiones non mortificatas, illos voluntariè, ob aduocatos quodammodò deliberatè dolores animi, apertis ad hoc considerationibus, eo modo, quo Christus Dominus in horto Getsemani, imperauit tristitiæ, tædio, timori & agoniz, vt his affectibus vsque ad sudorem sanguineum conficeretur, ideò in gratiam eorum adiungam huic Opusculo descriptionem interiorum dolorum Christi, reuelatorum B. Baptiste Veranæ Ordinis S. Francisci. Hac enim lectione, & perfecti excitari poterunt ad animosius tolerandos internos dolores ac animi tædia, & imperfecti ad eòdem patienter, libenter, & constanter perseverandos.

De Primo dolore mentali perceptio à Christo in corde pro animabus damnatorum.

Cum interrogasset Christum quædam anima deuota, quantus fuisset dolor eius cordis, Christus respondit: Tantus, quantus fuit

amor, quem erga creaturam gerebam. Scias, inquit, filia, fuisse infinitas, & innumerabiles pœnas, quia innumerabiles & infinitæ sunt animæ, membra mea, quæ à me per peccatum mortale disungebantur, quoties mortaliter peccabant. Et hæc fuit vna ex crudelibus pœnis, quas ego in mente meâ sensi, id est, disunctionem membrorum meorum. Cogita quam pœnam sentit, qui martyrizatur in fune pendulus; disunguntur membra à corpore. Ita cogita quòd martyrium fuerit meum, quia tot membra fuerunt à me separata, quot animæ erant damnatæ. Et quoduis membrum toties separabatur, quoties mortaliter peccabat. Et tantò pœnalius est disunctio membrorum spiritualium, quàm corporalium, quòd est pretiosior anima corpore. Et quòd est anima pretiosior corpore, tu non potes intelligere, nec persona viuens, quia ego tantum cognosco nobilitatem animæ & vilitatem corporis, ac miseriam, quia ego solus feci vtrumque, & consequenter non potes tu, nec alia creatura vlla plenè esse capax pœnarum crudelissimarum mearum. Et quia in modo peccandi est grauior vnus, quàm alter, & vnum peccatum, quàm aliud, hinc est causata qualitas & quantitas pœnæ. Sed pœna crudelis, quæ me crudelius cruciabat, erat, quòd viderem membra mea, id est, animas damnatas Nunquam, nunquam nunquam debere reuiri mihi capiti eorum. Et hoc nunquam est, illud quòd cruciat in æternum, & cruciabit istas infelices animas super omnes alias pœnas, quas habent & habebunt in æternum.

Adeò me afflixit hæc pœna nunquam, vt de nouo promptè elegissem pati, & denudò paterer omnes has disunctiones omnibus modis, qui fuerunt, sunt, & erunt, non tantum semel, sed multis & infinitis vicibus, dummodò non tantum omnes, sed vnam animam solam vidissem, debere reuiri, integritati aliorum membrorum meorum vitalium, aut electis, qui viuunt in æternum Spiritu vitæ, procedente à me vitâ vitali. Hic nota quàm mihi cara fuerit vna anima, quia pro vnâ solâ voluissem pati tot replicatas pœnas, quas tibi dixi, ad reuiriendam eam mihi. Et ita scias adeò affligere illas animas, pœnam huius nunquam, quòd & illæ vellent mille & infinitas pœnas pati, dummodò sperarent aliquo tempore, reuiri mihi vero capiti suo. Et ita iuxta qualitatem & quantitatem pœnæ, quæ mihi dederunt separando se à me, ex meâ iustitiâ verâ illis correspondet qualitas & quantitas pœnæ. Et quia me afflixit super omnia istud nunquam, ita volo vt istud nunquam illos cruciet super omnes pœnas, quas habent, & habebunt in æternum. Et hic cogita quantam mentalem pœnam pro omnibus animabus damnatis, in corde meo vsque ad mortem senserim, videndo illas separari à me, & postea in igne æterno vri.

De Secundo dolore mentali, quem Christus passus est in corde suo pro omnibus Electis.

Sicut omnibus modis fui afflictus à damnatis, ita & ab Electis, qui mortaliter erant peccaturi, ita illorum separatio à me, me cruciabat, & quàm magnus erat amor, quem in æternum erga eos habiturus eram, tantus erat dolor, què sentiebam ex eorum separatione. Hoc solo differerebat dolor quem sensi ex damnatis, à dolore de Electis, quia de damnatis quippe à me disiectis tanquam de membris mortuis, non sensi dolorem, sicut non sentitur dolor dum abscissa manus percutitur, vel comeditur à lupo (capite præcedenti data est hæc similitudo) sed Electorum omnem pœnam & amaritudinem in vitâ & post mortem sensi & gustavi. Item, in vitâ pœnas & martyria omnium Martyrum, pœnitentias omnium penitentium, tentationes omnium tentatorum, infirmitates infirmorum, persecutiones, infamias, peregrinationes, denique omnem pœnam parvam & magnam omnium Electorum victorum, ita clarè & viuaciter sensi & probavi, sicut tu viue probares & sentire, si quis percuteret oculum, manum, pedem, & quoduis membrum aliud corporis tui. Cogita nunc quot fuerint martyria, & quilibet eorum quot diuersas pœnas sit passus, & pœnæ aliorum Electorum membrorum meorum quot fuerint, & diuersitas ipsarum pœnarum. Nunc considera si haberes mille oculos, mille manus, mille pedes & queuis alia mēbra, & in quouis sentires mille diuersitates pœnarum, & omnia simul membra in eodem puncto essent in tali afflictione, quàm exquisitum tibi videretur hoc supplicium? Sed membra mea non sunt mille, nec mille milliones, sed infinita, nec diuersitates pœnarum fuerunt tantum mille, sed innumerabiles. Et sicut in paradiso non potest intelligi, quales & quantæ sint beatitudines, gloriæ, & præmia iustis præparata & Electis, ita non potest intelligi quales & quantæ sint mortes mortales, quas pertuli pro membris electorum. Post mortem verò eorum, omnes diuersitates pœnarum, quas in purgatorio debent, pro eorum peccatis pati, & qualitatem & quantitatem earum ego portavi & sensi, quia non erant membra putrida & abscissa sicut damnati, sed vitalia, quæ in me spiritu vitæ vivebant.

De Tertio dolore Christi pro Beatissima Virgine Maria.

Dolor & afflictio, quam passa est, ob meam Passionem & mortem Mater mea, tanta fuit, ut nunquam fuerit, nec futura sit vlla alia persona ita afflictæ, idèd nunc est in gloriâ cælesti eleuata super omnes creaturas Angelicas

& humanas. Et sic semper facimus, quia quantè magis aliqua creatura est in hoc mundo pro meo amore afflictæ, depressæ, & in se annihilata, tantò plus in regno Beatorum per Diuinam Iustitiam est eleuata, glorificata, & præmio affecta. Illa omnibus illis modis, & propter omnes illos respectus, quibus ego Deus humanitus dolui, & doluit & passa est, nisi quod ego in gradu altiore & perfectiore; quia etiam simul Deus & homo: & adèd me afflixit dolor illius, ut si meo Patri Æterno placuisset, magna mea consolatio fuisset, si omnes dolores super animam meam venissent, & ipsa sine vllâ pœnâ mansisset. Illius pœnæ erant mihi, quasi meæ pœnæ & vulnera iterum reiterata, quasi venenosa & pungente sagittâ. Sed quia meum martyrium debuit esse sine vllâ consolatione, non fuit mihi concessa hæc gratia, & si à me sapiens cum teneritudine filiali, & cum multis lacrymis fuerit postulata.

De Quarto dolore, pro Inamoratâ discipulâ Magdalena.

Non potes intelligere nec tu, nec alia persona, quantum dolorem ego senserim ex pœnâ & afflictione Mariæ Magdalenæ meæ benedictæ & dilectæ discipulæ & filiar: quia ab illâ ita me habuerunt fundamentum & originem omnes amores sancti & spirituales, qui vnquam fuerunt & erunt. Post Matrem meam sanctissimam, non fuit persona quæ plus dolet de meâ morte & passione, quàm Magdalena. Et si alius plus doluisset, post Resurrectionem meam, prius ei, quàm Magdalena apparuisset. Et sicut post meam benedictam Matrem, illa plus doluit, ita post Matrem meam dulcissimam, illa prima omnium à me fuit consolata. Ioannem meum dulcissimum Discipulum feci capax in dulci separatione, quam fecit in amara & desideratâ cenâ super meum sacratissimum Pectus, ubi clarè vidit Resurrectionem, & amplissimum fructum animarum, qui sequi debuit per meam Passionem & mortem. Et ita quamuis amatus meus Frater Ioannes magis quàm alij senserit dolorem & pœnam ob meam mortem, tamen, propter id quod sciebat, non superauit inamoratam Magdalenam, quæ non erat capax rerum illarum altarum & profundarum, sicut erat Ioannes, qui etiam potuisset, non impediuisset meam mortem & passionem, ob capacitatem tanti boni, quæ per illam sequebatur. Sed mea dilectæ Magdalena non erat ita, quia quando me vidit expirasse, videbatur ei, quasi cælum & terra pro illâ defecerint, nam in me habebat totam spem, omnem suum amorem, pacem & consolationem; verum tamen sine ordine, & mensurâ me amabat: ita & sine ordine & mensurâ fuit eius dolor, quem ego solus cognoscendo, intra animam meam portavi, & eius

eius omnes teneritudines probavi, quæ probari possunt per sanctum & spiritualementem amorem. Nota, si hoc vis cognoscere, quod Discipuli mei post meam mortem, sicut illi, qui non erant totaliter ab omni re alienati, sicut erat ista sancta peccatrix, redierunt ad relicta reia, sed illa non rediit ad vitam pompofam, sed tora ardēs, quia me viuum se futuram non sperabat, quærebat mortuum, sciens se nullā vnquam aliā re posse delectari, nisi me suo caro Magistro vel mortuo vel viuo. Et quod hoc sit verum, vide ab eā relictam suam Societatem, & præsentiam meæ dulcissimæ Matris maximè amabilis & desiderabilis & delectabilis post me, tantum vt me inueniret mortuum, & visiones & Angelica colloquia nihil ei visa sunt. Et ita scias, quando aliqua anima affectuose me diligit, in nullā aliā visione, & præsentia quiescit, nisi in me suo amato Deo.

Denique tantus fuit dolor huius benedictæ, & mihi caræ Discipulæ, vt sapius concidisset mortua, nisi ego, qui sum summa potentia, eam retinuissem, qui dolor feriebat meum afflictum cor, idē multum propter illam afflictus fui & angustiat. Sed quia volui ex illā facere, id quod feci deinceps, non permisi eam deficere in tali penā. Vnde quia illam feci Apostolam Apostolorum euangelizauit eis veritatem meæ triumphantis Resurrectionis, sicut illi postea fecerunt toti mundo. Feci illam speculum, normam, & exemplum totius beatissimæ vitæ cōtemplatiuæ, in deserto 33. annis viuendo incognita in mundo, vbi gustauit, & sensit vltimos effectus amoris, qui in hac mortali vitā sentiri possunt, gustari, & probari.

De Quinto dolore mentali Christi pro suis caris & amatis Discipulis.

Alter dolor erat qui transfigebat animam aneam, fixa memoria illius sancti Collegij, columnæ cæli, & fundamenti meæ militantis Ecclesiæ, & ouium sine pastore, quomodo debebat dispersum esse, & omnium penarum & martyriorum, quæ pro me pati debebant. Scias nunquam à Patre filios, nec fratres à fratre, nec à Magistro Discipulos fuisse ita cordialiter amatos, sicut ego amaui meos dilectissimos filios, fratres, & discipulos & Apostolos benedictos, & ita propter illos particularem dolorem gustavi in animā meā, & pro illis plus, quàm pro me, dixi illud amarum verbum: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, ob magnam teneritudinē, quam sentiebam relinquendo illos sine eorum Patre, Magistro, & Fratre fideli: & tantæ angustie mihi erant, vt mihi videretur altera mors hæc corporalis separatio ab illis. Vnde si quis consideraret illa verba vltimi sermonis, quem illis feci, non esset ita durum cor, quod non fleteret, quia omnia illa verba compassionis plena

mihī auellebantur à corde, quæ pro amore illorum in pectore meo videbatur crepare: & postea videbam, quod pro nomine meo debebant crucifigi, quod decollari, quod excoriari, & varijs martyrijs pro amore meo debebant finire vitam. Vnde quàm mihi grauis fuerit hæc pena cogita, si persona à te similiter amata propter te dicerentur verba iniuriosa, vel factum aliquod displicens, o quantum doleres, qui ei sis causa illius penæ, quem velles semper esse in pace & consolatione. Ego autem eram causa eorum, non verborum iniuriosorum, sed mortis, & quidem non vnus, sed omnium; & idē dolorem, quem ob illos sensi, non possum tibi explicare.

Et Beatissima Virgo S. Brigittæ dixit l. i. R. etel. c. 10. Cùm Filius meus in cruce suis doloribus circumseptus respexit ad amicos suos flentes, qui maluissent illam penam in se cum auxilio eius pertulisse, vel in æternum in inferno ardere, quàm eum sic videre cruciari, dolor ille ex amicorum dolore, omnem amaritudinem & tribulationem, quam vel in corpore vel in corde sustinuit, excedebat, quia tenerè diligebat eos.

De Sexto dolore mentali Christi ob ingratitude meam Iudæ discipuli sui & proditoris.

Cogita filia mea, quantus fuerit ob impietatem & ingratitude amati mei discipuli Iudæ, quia illum consciui in numerum Apostolorum, condonauit ei omnia peccata, feci operatorem miraculorum, dispensatorem omnium rerum mihi datarum, & semper ei ostendi signa singularis amoris, vt eum remouerem à conceptâ iniquitate: sed quod maiorem ei amorem ostendebam, tantò iniquiora contra me cogitabat. Quando accessi ad lauandos eius pedes, cor meum tunc liquefactum est, in plantum excessiuum, & verè fontes lacrymarum prodibant ex oculis meis, super pedes eius, dum genibus flexis, capite inclinato ad pedes eius fleeterem, cooperiente faciem meam capillitio meo longo, dum caput inclinatum haberem. Tunc dilectus meus Ioannes, quia ei omnia Passionis meæ in illa cæna reuelaueram, notabat quemlibet meum actum, & aduertit me amare flere, dum lauarem pedes Iudæ, & sciebat ex teneritudine amoris procedere quamlibet meam lacrymam. Sicuti Pater habens vnicum filium morientem, seruit ei aliquā in re, & dicit in corde suo: Fili vale, hoc est vltimum obsequium, quod tibi impendo. Ita planè feci Iudæ, quando eum osculatus sum, & laui pedes, & cum tantâ teneritudine illos mihi approximaui, & strinxi ad faciem meam, quæ omnia notabat Ioannes, qui vti humillimus vltimo loco *ferdit*,

3ab l. 1. Et iterum cum iam ex Aegypto rediret, S. Ioseph cum puero Iesu post mortem Herodis montus ab Angelo ad redeundum in terram Israel, audiens quod eius filius Archelaus regnaret, timuit illud ire, & admonitus in somnis, recessit in partes Galilae in Nazareth. Matth. 2.

Hoc Christi exilio moueantur Christi serui, si vel malevolentia aliorum ablegentur à locis sibi caris ad loca incommoda, si ob persecutiones, Dei per eos glorificationem, alibi speratam, impediens, cogantur vel patriam vel alia loca deserere, & veluti exulare. Hoc Christus faciendum docuit: *Cum persequerentur vos in Ciuitate ista, fugite in aliam.* In quibus verbis, non consilium, sed praecipuum contineri, sentit S. Athanasius & S. Chryostomus: Alij verò consilium fuisse aiunt, vt S. Ambrosius & S. Nazianzenus, S. Chryologus ac S. Thomas & S. Chryostomus, alio in loco.

Atque hanc ob causam, cedendo maleuolorum technis contra se, Christus Dominus saepe loca mutauit declinando persecutores, vt infra dicam. Eam imitati eius Discipuli, eo viuente fugerunt, vt obseruauit hoc ipsum suadens S. Augustinus ep. 180. ad Honoratum Episcopum, & confirmans hoc exemplo Apostolorum alijs in locis. Sic & Apostolus Paulus fugit, nocte per murum demissus à Discipulis Act. 9. 25. Et iterum alibi Act. 17. 14. Et iterum cum Barnaba Act. 14. 5. 6. Vnde tanquam bonam rem & gloria dignam ipse recenset. 2. Cor. 11. vlt. quod *per fenestram in porta demissus sit per murum, & sic effugisset manus Praposis Gentis Aretæ Regis, qui custodiebat ciuitatem Damascenorum vt eum comprehenderet.* Quin & S. Ioannem Baptistam cum esset duorum annorum cum matre in speluncâ quadam latuisse, effugiendo Herodis sanguinariam manum, tradunt Nicephorus l. 1. hist. c. 4. & Cedrenus in Compend. Hist.

Quarto, procul dubio non euasit Christus Dominus multas maledictiones patrum & matrum, quorum infantuli occisi sunt, occasione Christi ab Herode ad internecionem quaesiti. Ita enim plebs & vulgus solet maledicere iis, quorum occasione aliquod graue infortunium patiuntur, vel passi sunt, ob malum & infelicem euentum, vituperantes occasionem, & maledicentes personæ, ex qua illa occasio infortunij initium habuit. Praesertim si verum est, quod credunt Salmeron, Franciscus Lucas, & Genebrardus, moti Missæ Canone, quod habent Abylini in quo dicitur, infantes ab Herode occisos fuisse numero quatuordecim millia, vt refert Cornelius à Lapide in c. 2. Matth. prg. 73.

Quocirca si ob aliquem infelicem successum, vel euentum ex te aliquâ à te bene facta vel dicta, sument alij occasionem te & rem illam carpenti, & improbandi, & accusandi, hoc Christi casu te solare: et si fat esset illud omnium sapientum iudicium, qui ex malo euentu vetant

improbare rem, quæ fuit occasio mali euentus, si in se mala non fuit, iuxta illud Poëtæ mali bonum dictum:

Careat successibus, opto.

Quisquis ab euentu facta probanda putat.

Ideo bene scripsit Linius: *Euentus fultorum magister est.* Vt enim ait S. Ilidorus Pelusiota, *Is qui sapientes habentur, non ab euentu, sed ab animi instigato & voluntate res ponderant.*

Quinto, hic ipse malus Herodis animus, Christi crux fuit spiritualis, quo querebat Christum ad mortem crudelem, Christum innocentem, idque ex ambitionis instinctu, quam solam ille odio prosequeretur tanquam offensam Dei, etsi desiderium necis Christi non accessisset. Tantò magis, quia diu Herodes fuit hunc sceleratum animum necandi Christum. Siquidem hoc infanticidium, decimo quinto mense ab ortu Christi contigisse tradunt Eusebius, S. Epiphanius, S. Augustinus, S. Anselmus, S. Thomas, S. Antoninus, Eucherius, Cedrenus, Haymo, Hugo Victorinus, Lyranus, Abulensis, Dionysius Carthusianus, Barradius, & alij passim cum Cornelio à Lapide. Cæpit autem hic Herodis contra Christum Dominum furor, partim post aduentum Magorum, qui, vt communior est Patrum & Doctorum sententia, die 13. à Natiuitate Christi & ortu stellar venerunt in Bethleem Christumque adorarunt, vt sentiunt Barradius & Cornelius.

Quando ergo aduerteris indubie animum alicuius auersum à te, & machinantem varia, quibus te exagitet, vel per se, vel per alios, & vt dicitur, ad nihilum redigat, reddatque etiam alijs exosum & infamem; recordare Herodis Christum volentis occidere, quia nunquâ habebis vllum, qui persequendo te, mortem tibi intentare velit.

Fortè etiam tot innocentum occisio, sui causa facta, afflixit cor Christi benignissimum, vt putat quidam author pius, sed cum sciret innocentes illos per sui internecionem euasisse maius malum, scilicet lapsum in peccata saltem venialia, à quibus in adulta ætate non fuissent immunes, & quia ius ad vitam beatam æternam hac sua morte acquisiuerant, quod est maius beneficium Dei, quam vita mille annorum, non puto id Christo vllam molestiam attulisse, sed potius illum, tanquam Deum, letatum esse de eorum morte violenta, iuxta illud S. Iob 9. 23. *Rides de pœnâ innocentium.*

Sextò, cum audisset Dominus Iesus incarcerationum ab Herode Ioannem, *secessit* (id est, fugit, vt bene interpretatur Cornelius) *in desertum locum.* Matth. 14. 15. Mar. 6. 31. ne sicut Ioannem, ita se incarceraret. Nec hac vice tantum secessit, cedens aduersarijs suis, & mortem declinans, sed aliàs saepe. Sic Matth. 12. 14. 15. *Cum Pharisei consilium fecissent aduersus eum, quomodo perderent eum; Iesus sciens* (scilicet virtute Diuinâ cogitatio-

Ouid. ep. Phylli. ad Demoph.

Dec. 3. l. 2. 1. 3. ep. 205.

Bart. t. 1. l. 9. c. 8. Corn. in c. 2. Matt.

Lud. Pët. 2. p. Med. 28. pun. 1. n. 2.

nes

nes eorum, uti aliàs sciuit, Matth. 9. 4. Matt. 12. 25. Luc. 5. 22. & c. 6. 8. & c. 9. 47. & c. 11. 17. *recessit inde scilicet ad mare*, ut explicat Marcus c. 3. 7. *hoc est*, inquit Maldonatus, *fugit non metu aut impotentia resistendi, sed quia nondum venerat hora eius, ut in causis similibus Ioannes ait c. 7. 30 & c. 8. 20. & c. 13. 1. & c. 16. 21. tertia vice post concertationem cum Phariseis, qui erant scandalizati ex eius verbis Matth. 15. 12. secessit in partes Tyri & Sidonis. vers. 21. quæ duæ civitates erant Gentiles vicinaeque Galilææ; hoc est, ut explicat noster Cornelius, inde discessit, ut declinaret iras & odia scribarum; ut que Gentilibus, quales erant Tyri, suam doctrinam & miracula, quæ Iudei & Scribæ aspernabantur, impertire inciperet. Voluit tamen latere, ut ait Marcus c. 7. 24. vel ut ille scribit: *ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere*; tum ob alias causas, tum, ut ait Cornelius, *ne grauius contra se Iudeos concitaret, eisque ansam cauillandi daret.* &c.*

Septimò, cum Christus Dominus liberasset à legione dæmonum in porcos missa, quendam dæmoniacum in regione Gerasæ, tota ciuitas rogauit illum, ut discederet ab eis, quia magno timore tenebantur. Luc. 8. 37. Quod non ex humilitate fecerunt, quòd se præsentia Christi indignos aestimarent, ut opinatur S. Hieronymus & Beda, sed ex timore duplici, tum ne alios etiam dæmones, ab hominibus eiectiones in ipsorum greges immitteret, ut aiunt Theophylactus & Euthymius, tum; ut ait Cornelius, ne eos, uti gentiles, ob diuersam religionem & ob peccata præterita grauius castigaret; vel, ut verisimilius puto, ne penes se virum tam sanctum (qui etiam dæmonibus imperabat) haberent, & ita liberius more suo possent viuere. Solent enim malè viuentes hanc ob causam declinare conuersationem, & conuictum sanctè viuentium, ne eorum sanctis exemplis & quandoque monitis, ipsorum vita redargueretur.

Si ergo propter similem causam à tuâ conuersatione abhoruerint aliqui, regulas liberè violantes, quas à te accuratè seruari vident, solare te hoc Christi exemplo;

Octauò, sæpè Christum Dominum & mente & ore iniqui tanquam blasphemum descriperunt. Sic cum paralytico, eum sanaturus, dixisset: *Remittuntur tibi peccata tua; quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphematur.* Matth. 9. 2. 3. quia putabant eum esse simplicem hominem, non habentem hanc potestatem dimittendi peccata extra Sacramenta, quæ soli Deo competit. Et postea cum adductus esset ad Caipham, & falsus esset se esse Christum Filium Dei, Caiphæ scissis vestibis suis præ irâ dixit: *Blasphemauit.* Matth. 26. 65.

Si ergo pro imperfecto, pro dyfcolo, pro malo habebere, Sile, gaude, gratias Deo age, quia pro blasphemio non habebere. Quòd si tua doctrina bona improbabatur; noli curare, quia

minor infamia est, traduci pro indocto, vel docente non docenda, quàm pro blasphemio haberi & proclamari.

Nonò, Scandalizabantur de Christo Pharisei, quòd cum publicanis & peccatoribus conuersaretur, & manducaret. Matth. 9. 11.

Et de aliis eius dictis & factis: Quando Matth. 15. 11. dixit Phariseis: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore*; auditio verbo hoc, scandalizati sunt.

Ideo Discipulis Ioannis probans se esse Messiam, etiam hoc argumento id probat: *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Matth. 11. 6.

Dum ergo ob tua bona dicta vel facta alij scandalizabantur immeritò, tace & sustine Christi exemplo.

Decimò, Cum de mortua puella Principis, turbæ dixisset: *Non est mortua puella, sed dormit*, deriderant eum. Matth. 9. 24.

Gaude ergo dum deridere, tanquam nimis simplex, vel imprudens, vel stultus, vel nihil ad rem loquens.

Vndecimò, Pharisei dicebant de eo, cum eiectione dæmonio sanasset mutum: *In principe dæmoniorum eiecit dæmones.* Matth. 9. 33. 34. Mar. 6. 6. hoc est, Principem dæmonum habet familiarem, cuius arte magica mira facit, non virtute Diuinâ. Et cum iterum cæcum & mutum sanasset, ac à dæmonio liberasset, Pharisei dixerunt: *Hic non eiecit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Matth. 12. 22. 24. Similes erant de Christo blasphemæ voces Ethnicorum, quas recenset Arnobius lib. 1. num. 27. *Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Aegyptius ex aditu Angelorum potentium nomina & remota furatus est disciplinas.* Ideo suos Discipulos mittens ad prædicandum; & armans contra futuras persecuciones, inter alia præmonuit: Matth. 10. 24. 25. *Non est Discipulus super Magistrum, nec seruus super Dominum suum, sufficit Discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruo sicut Dominus eius. Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius.* Immo nec fratres eius, id est, cognati & confortini, teste Ioanne 75. *credebant in eum*, hoc est, ut explicat Maldonatus.

Si ergo eò peruenerint censura spiritus tui, ut te putent & dicant à dæmone illulum in tuis spiritualibus rebus; habes hic pharmacum præparatum, quia peius est habere commercium apertum cum dæmone, & quidem cum principe dæmoniorum, quàm illud in oratione, putando esse aliquid à Deo ex ignorantia vel simplicitate, quòd non à Deo sit, sed à dæmone specie virtutis palliato. Hoc exemplo solabatur se S. Terefia, quando per plures annos à viris doctis & sanctis & Confessariis suis habebatur pro illusa, immò ab aliquibus pro energumena, & quam aliqui volebant deferre ad sacrum Inquisitionis Tribunal.

Duodecimò, Variis interrogationibus aggregabantur.

in cap. 8.
Matth.

diebantur, & tentabant Christum Pharisei, ut caperent in sermone, & accusarent eum. Sic Matth. 12. 10. Interrogabant eum, dicentes: si licet Sabbatis curare, ut accusarent eum. Et iterum Matth. 12. 38. 11. Responderunt ei quidam ex Scribis & Phariseis dicentes: Magister volumus à te signum videre. Et iterum Matth. 16. 1. Pharisei & Sadducei tentantes eum, ut signum de celo ostenderet eis, quia, inquit Cornelius, pro mago eum habebant. Sic Matth. 15. 2. Scribæ & Pharisei dicebant: Quare Discipuli tui transgreduntur traditionem Seniorum. Iterum accesserunt ad eum Pharisei & Sadducei tentantes & rogauerunt eum, ut signum de celo ostenderet eis. Matth. 16. 1. quod iterum rogauerunt occasione miraculi multiplicationis panis, quod paulo ante, Christus Dominus patratierat, ut cap. præcedenti in fine S. Mattheus retulit. Cùm enim, inquit Cornelius, hoc viderent passim à turbis, quæ præsentibus & parum participes fuerant, celebrari, ut illud apud populum eleuarent, dixerunt, illud signum esse terrestris, postquam à demone, qui in terra dominatur, fieri insinuant ergo Christum esse Magum, & opè demonis multiplicasse panes, cateraque sua miracula, ut colligitur ex c. 12. vers. 24.

Iterum Matth. 19. 2. accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Et paulo post, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone Matth. 22. 13. & de censu eo sine interrogauerunt, ibidem.

Decimotertio, sæpè Pharisei consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum, ut Matth. 12. 14. Et cùm Principes Sacerdotum & Phariseos in quodam colloquio egregie refutasset & confutasset & dictis quibusdam contra eos parabolis, quærebant eum tenere, sed timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant. Matth. 21. 46. Et postea consilium inierunt Principes Sacerdotum & Seniores populi congregati in atrium Principis Sacerdotum Caipha, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Matth. 26. 3. Tandem immediatè ante mortem consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & Seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Matth. 27. 1. Quando ergo audies accusatores tuos, vel eorum instinctu, superiores tuos, consilium inire, ut aliquid contra te statuatur, hoc Christi exemplo te conforta, & gaude.

Decimoquarto, Natalia Christi obnoxia fuerunt censuris aliorum, unde audiendo eius sapienter dicta dicebant: Unde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne Mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph & Simon, & Iudas, & sorores eius, nonne apud nos sunt? Matth. 18. 54. & seq.

Si ergo his similia patieris, exulta, quia pro te talia passus est Christus, Sapientia infinita & Sanctitas.

Decimoquinto, Etiam patria eius seu regio, in qua educatus fuit, per ludibrium in despectum eius nominabantur, Christus enim in Nazareth

ciuitate Galilææ conceptus fuit Luc. 1. 26. ibique educatus Matth. 2. 23. Unde à Iudæis per contemptum Nazareus vocabatur. Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse? Ioan. 1. 46. Nunquid in Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit, quia ex femine David & de Bethleem castella, vbi erat David? Ioan. 7. 41. 42. Et rursum: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta non surget. Io. 7. 52.

Dum ergo patria tua vilipenditur, & tu ob illam, gratias age Deo, & patienter fer talia, propter Christum Regem cæli & retræ eadem passum.

Decimosexto, Videntes Principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt. Matth. 21. 15. præ inuidiâ.

Sic si tibi inuidebunt aliqui bonam apud alios opinionem & famam, & res præclare & ceteri laude à te patratas, ne ægrè feras, cùm Deus in carne apud maximos Superiores hoc non euaserit.

Decimosextimo, Sæpè declinans persecutiones aduersariorum impediendum eius prædicationem, ne conuerteret homines, & volentes eum ante tempus præfixum à Patre occidere, & impedire citius fructum, quem in animabus faciebat, coactus est fugere seu secedere de vno loco in alium cùm in Nazareth à superciliosis montis eum præcipitare vellent, reuersus est in Capharnaum, unde venerat. Luc. 4. 29. 31. Matth. 4. 13.

2. Cùm Pharisei cum Herodianis consilium facerent aduersus eum, quomodo eum perderent, cum Discipulis suis secessit ad mare. Mat. 3. 6. Matth. 12. 14. 15.

3. Cùm eum deseruissent aliqui ex Discipulis, audito sermone illo de promissa carnis suæ manducatione Ioan. 6. post hæc ambulabat in Galilæam, nolens ambulare in Iudæam, quia quærebant eum Iudæi interficere. Ioan. 7. 1.

4. Cum præconem laudum suarum audiuisset, iussu Herodis occisum, secessit inde in nauiculâ in locum desertum seorsum. Matth. 14. 13. Mar. 6. 14. Luc. 9. 7. ne, ut ait Cornelius noster, sicut Ioannem se in carcerarent.

5. Cùm Iudæi audito eius sermone tulissent lapides ut iacerent in eum, Iesus abscondit se, & exiit de templo. Ioan. 8. vlc.

6. Iterum cùm eum lapidare vellent audito eius altero sermone, exiit de manibus eorum, & abiit iterum trans Iordanem. Ioan. 10. 33. 40.

7. Cùm iterum Iudæi cogitarent, ut interficerent eum, iam non in palam ambulabat apud eos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem qua dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum Discipulis suis. Ioan. 11. 54.

8. Præuidens futuram persecutionem & impedimenta suæ futuræ doctrinæ, se subducebat,

bat, & aliud transibat. Ideo cum audisset Ioannem esse traditum, & rescivisse Phariseos quod plures Discipulos faceret quam Ioannes, reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galilaeam. Ioan. 4. 1. Matth. 4. 12. Mar. 1. 14.

Tu in similibus occasionibus potes declinare tales aduersarios, & debita cum licentia & modo ordinato, mutare domicilia & prouincias, pura intentione maioris Dei obsequij alibi praestandi, sed certi.

Decimo octauo, Ipsi concius eius, qui nil vniquam viderant scandalosi factum ab eo, hoc est, Nazareni, volebant eum occidere, non quomodocunque, sed, vt obseruauit S. Bonauentura & Toletus, & Cornelius & alij, extra Ciuitatem eum eduxerunt ad verticem montis, vt eum quasi blasphemum, quod se Messiam fecisset, praecipitarent. Luc. 4. 29. Esto, enim blasphemus ex lege lapidandus erat, tamen voluerunt Christum praecipitare in saxa & lapides, quia hoc perinde est, ac si eum lapidassent. Perinde enim est, siue saxa in hominem, siue hominem in saxa iacias, & praecipites, imò hoc illo sauius & terribilius est. Sic S. Stephanum quasi blasphemum extra Hierosolymam eiecerunt, & lapidarunt. Sic pariter S. Iacobum primum Hierosolymorum Episcopum, quod Iesum doceret esse Messiam, quasi blasphemum de pinnaculo templi praecipitarent.

Imò ipsi eius consobrini, & domestici, cum quibus vixit multis annis in eadem domo, & qui erant oculi testes eius vitae sanctissimae, visa eius in praedicatione sapientia & Spiritu, habebant illum pro mente capto vel furioso, idque non per simulationem dicebant, vt aliqui putant, sed ex animo, & de eo credentes, vt putant S. Hieronymus, Beda, Theophylactus, & Euthymius, & omnes vetustiores auctores cum Maldonato. Imò addit Ioannes c. 7. 5. neque fratres eius credebant in eum. Vnde exierunt tenere eum, dicebant enim quoniam in furorem versus est. Mar. 3. 21. Hinc S. Chrysostomus, Grauisimum, ait, fuisse primis Christianis patiendi genus, quod paterentur a familiaribus ac propinquis. *Perpepsi estis*, inquit Apostolus, *a propriis contribulibus sicut & illi a Iudaeis.*

Si ergo a tuis domesticis, a sociis cubiculi, aliquid patieris, pro stulto habebis, conforta te hoc Christi exemplo similia passi, subeat in mentem id quod scribit S. Hier. in Epiraphio Paulae: *Cum praenimio seruore virtutum quibusdam videretur insana, & cerebrum illius dicerent confouendum, respondit: Theatrum facti sumus mundo & Angelis & hominibus. Et nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapientius est hominibus. Vnde & Saluator loquitur ad Patrem: Tu scis insipientiam meam: Et iterum: Tanquam prodigium factus sum multo, & tu adiuuor foris: vi uimentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quem in Euangelio & propinqui quasi mentis impotem ligare cupiebant, & aduersarij sugillabant, di-*

centes: *Demonium habet, & Samaritanus est. Et in Beelzebub principe demoniorum eicit demonia.*

Decimonono, Iudas osculo illum tradidit, prius pro 30. argenteis venditum. Matth. 26. 47. 48. Id durum valde Christo fuit, a suo Discipulo tot beneficiis cumulato fuisse venditum, vnde propheticè David hunc Christi dolorem describit Psal. 54. 13. & seqq. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem iraque. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: scilicet perdidisti & vendidisti me. Hinc, vt est Ioan. 13. 21. de hac re Christus locutus, turbatus est spiritu & protestatus est, & dixit: Amen Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Adde, inquit*

S. Cyrillus Alexandrinus, *malesse ferebat scelera illius, qui cum eius panem manducasset, calcem tamen contra illum eleuauit. Et quidem eo ipso die, & fere hora, qua Christus seipsum illi tradidit in SS. Eucharistia tunc instituta. Accepisse enim illum sacrum Christi corpus & Sanguinem sub speciebus panis & vini, post manducatum agnum Paschalem, asserunt Origenes, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Cyprilianus, S. Hieronymus, S. Bernardus, S. Cyrillus vterque, S. Chrysostomus, B. Iustinianus, S. Bruno Theodoretus, Theophylactus, Euthymius, Beda, Rabanus, Hugo Victorinus, Eugenius Papa, Lyranus, quos citat & sequitur in Psal. 40. v. 10. quibus adde Victorem Antiochenum, S. Leonem, S. Gregor. Quicquid in contrarium senserint, S. Clem. S. Hilarius, Innocentius 3. Barradius, Turrianus, Mendoza.*

Cum olim Iulius Caesar, teste Suetonio in eius vita c. 82. videret multos in Senatu districtis gladiis vt pugionibus in se vnus irruentes, non ita hoc sensit, vt dum inter eos vidit Brutum, qui eius filius credebatur, vnde ei dixit grece, *καὶ σὺ τέκνον*. Etiam tu fili. Ita Christus magis sensit Iudae proditorem, quia melius noscebat innocentiam Christi, & acerbitatem eius mortis hinc fecit, & magnitudinem beneficiorum in Iudam collatorum, & eius eternam damnationem ob hoc scelus, de qua supra diximus mira c. 9. §. De Sexto dolore.

Sic dum tui confidentes prodent tua secreta, dum te accusabunt, dum te deserent, dum se tuis aduersariis contra te adiungent, Christi exemplo peiora a Iuda passi, te anima ad patientiam. *Vigesimo*, Turba multa cum gladiis & fustibus missi a Principibus Sacerdotum & Senioribus populi, manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum tanquam latronem, & ligauerunt, & duxerunt primum ad Annam sacerum Caiphaz, deinde ad Caiphaz Principem Sacerdotum. Ioan. 18. 13. 24. Matth. 27. 57. postea ad Pilatum Marc. 15. 1. deinde ad Herodem, Luc. 23. 7. & iterum ad Pilatum. Luc. 23. 11. & seqq.

Tu si traheris ad tribumalia & iudicia immediatorum & mediatorum Superiorum, a falsis accu-

f. 3 in ha-
beates
eundem
spiritum
fidei.
1. Theff.
2. 4.

1. 9. in Io.
cap. 13.

Viti in
cap. 14.
Marci.
Leo. 1. 7.
de pass.
Orig. 1.
Sacram.
Cl. lib. 5.
Confl.
cap. 16.

accusatoribus, confortata te exemplo. Ducis tui, præterit quia non ad mortis audiendam sententiam duceris, sed ad leuiorem correctionem, quam sit mortis supplicium.

Vigesimo primò. Postquam apprehensus fuit in horto Dominus Iesus, ut duceretur ad Principes Sacerdotum, Discipuli omnes relicto eo fugerunt. Matth. 26. 56.

Ita si tuam declinabunt conuersationem, & defensionem non adferent, qui possent & deberent, tace, dissimula, lætare.

Vigesimo secundo. Adductus fuit Christus D. à cohorte militum, & tribuno, & ministris Iudeorum, & quidem ligatus primum ad domum Annæ sacerdotis Caiphæ, qui Caiphas tunc erat Pontifex anni illius. Ioan. 18. 13. Adductus autem erat primum ad Annam, vel ut reum ostentarent, & tanquam triumphum ducerent, ut putat S. Chrysostomus h. 82. in Ioan. vel quia Anna erat auctor insidiarum, & pecuniam proditori Iudæ promiserat, ut ait S. Cyrillus libr. 11. c. 37. in Ioan. vel quia domus Annæ erat in viâ per quam transeundum erat ad domum Caiphæ summi Pontificis, ut putant aliqui recentiores, vel, ut notat Toletus noster in Commentario, & S. Ioannes satis indicat, quia volebant gratificari Annæ, sacerdoti Caiphæ qui erat tunc Pontifex, ut quodam honore eum afficerent. Tu exulta, si aduersarij tui aliquid contra te faciēt, apud eos, qui etsi non sint superiores tui, tamen sunt grati superioribus tuis, & ideo te coram illis traducunt, sperantes id placitum superioribus tuis, tibi infensus.

Vigesimo tertio. ex Domo Annæ ligatus ad domum Caiphæ adductus est, tanquam ad summum sacerdotem & Pontificem maximum. Ioan. 18. 24. qui multò antea erat Christo D. hostis, ideoque in Concilio à Pontificibus & Phariseis coacto, dixerat expedire, ut Christus D. interficeretur: unde factum, ut ab illo die cogitarent Iudæi, ut interficerent eum. Ioan. 11. 53. idque tam efficaciter Iudæis persuaserat, ut Christus D. hæc omnia sciens, ab eo tempore (quia nondum venerat hora mortis eius) non in palam ambularet apud Iudæos, sed abiret in regionem iuxta desertum, & ibi moraretur cum discipulis suis. Ioan. 11. 54.

Tu noli declinare illos superiores, illos tui Examinatores, illos tuos Magistros, quos se tibi esse infensos, & tui humiliationem & confusionem optare. Non enim erit tanta, quanta fuit Christi humiliatio, & confusio in domo Caiphæ, & inde propagata ad prætorium Pilati.

Vigesimo quarto. Falsis testimoniis coram Anna & Caipha impetitur, & variè accusatur. Matth. 26. 59. 60. & coram Pilato. Matth. 27. 13. & quidem à multis. Mar. 14. 56. 57. 59.

Tu similia passus, gratias age Christo Domino, quòd te suâ viâ ducat ad cælum,

Vigesimo quinto. Petrus Christum Dominum in domo Caiphæ ter negavit, additò etiam iuramento, quòd non nosset hominem. Matth. 26. 70. 71. 73. 74. Ita si boni tui amici, qui tempore prosperitatis tuæ adhærebunt tibi, postea constitutum in aduersitatibus deserent, ac si te non nosset, patienter tolera, & spera Christum te non deserturum, sed adhæsūm tibi, sicut olim adhæsit illi cæco nato à se illuminato, dum extra Synagogam pulsus est à Iudæis. Ioan. 9. 35. 36. 37.

Vigesimo sexto. Constitutus ligatus in domo Caiphæ, & ab eo examinatus an esset Christus filius Dei, cum talem se esse dixisset, tanquam blasphemus, blasphemiam locutus, à Caipha scindente præ indignatione vestimenta sua, proclamatus est. Matth. 26. 65. Hæc Christi iniuria, omnia conuicia & scommata & detractio- nes tuæ famæ, debet tibi reddere iucundas & sapidas & desiderabiles.

Vigesimo septimo. In eadem domo Caiphæ hæc occasione à vulgo Iudaico & senioribus eius, qui eo conuenerunt Christus iudicatus ob illud responsum, mortis reus. Matth. 26. 65. Tu hoc exemplo omnia iudicia aduersariorum tuorum tibi non fauentia, tui punitionem quamuis procurantia, tolera libenter, & parum te passurum existimas si non iudicaris mortis supplicio dignus.

Vigesimo octavo. In domo Caiphæ, ei astantes, expuebant in faciem Iesu. Matth. 26. 67. Mar. 14. 65. Tu, si nondum similem ignominiam passus es ab aduersariis tuis, nil te passum existima.

Vigesimo nono. In eadem Caiphæ domo, colaphis eum cædebant. Marci 14. 65. Colaphus est verber, quod pugno seu manu contracta, in collum, caput, vel dorsum infligitur. Talia & tu desidera.

Trigesimo. In eadem domo Caiphæ, irridentes Iesu prophetias, & putantes eum spiritum prophetie & cognitionem occultarum rerum sensibus non percepturum, non habere, velarunt faciem eius & palmis faciem eius percutientes (id est, iterum, ut antea in domo Annæ, alapas ei infligentes) dicebant: prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Luc. 22. 64. Matth. 26. 67. 68. Tu, si aliquam gratiam gratis datam à Deo accepisti, & ea non creditur ab alijs, vel irridetur, gaude, & Iesu gratias age, quòd ea sinistra iudicis & sermonibus veletur, & profcindatur.

Trigesimo primo. His non contentis perfidi Iudæi, in domo Caiphæ, dum sperent in eum, genas Christi vellebant. Mat. 50. 6. vel barbam & capillos auulsione extrahendo, vel maxillas, arte manu eum pressas & contractas, non sine sensu magno doloris, attrahendo. Vatablus vertit: vellebant pilos genarum & barba. Utinam & te similia pati contingat!

Trigesimo secundo. præter has iniurias in domo Caiphæ illudenes Christo, alia multa blasphemias disc-

dicebant in eum: Luc. 22. 63. 65. Hoc tibi reddet omnia ludibria, & irrationes, & contumelias, & conuicia dulcia.

Trigesimotertio, post has iniurias noctu in domo Caiphæ Christo illatas, *vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & Principes sacerdotum, & Scribae, & duxerunt illum in Concilium suum, dicens: Si tu es Christus, dic nobis: Luc. 22. 66.* Ita non contenti se eum adduxisse ad tribunal primò Annæ, deinde Caiphæ, tertio nunc eum coram vniuerso Iudæorum Concilio statuerunt examinandum & accusandum. Felicem ergo te reperi, si non tantum personas superiorum tibi sine iusta causa offensas & infensas habebis, sed in toto conuentu & Congregatione ex primoribus coactâ, aliquid contra te agatur vel statuetur, vti contigit S. Romualdo Fundatori sui Ordinis à toto capitulo Generali condemnato iniquissimè, ob vnius dyscoli iuuenis calumniosam & turpem accusationem, & nostro P.

vic. c. 40. P. 471. Balthasari Aluarez qui in quadam Congregatione prouinciali publice fuit reprehensus, coram omnibus Patribus, tamen tacuit, quamuis quidam ex grauioribus & sanctis Patribus, qui ibi aderant, ei suaderet, vt sui rationem redderet, quippe de quadam re graui de se dicta.

Trigesimoquarto, Postquam omnis illa multitudo Iudæorum in Concilio generali congregata, audiuit eius responsa, in quibus se Christum & Dei filium & futurum iudicem omnium, se futurum à dextris virtutis Dei asseruerat, duxerunt illum iterum vincitum, ad Pilatum, vt eum morti traderent. Luc. 23. 1. Mar. 15. 1. Matt. 27. 1. 2.

Tu omnes, si quo erunt contra te conspirationes, non vnius tantum vel paucarum personarum, sed totius Congregationis & Communitates, hoc exemplo animatus, libenter non tantum patienter tolera, & examina ac iudicia inde subsecuta.

Trigesimoquinto, adductum Iesum vincitum ad Pilati prætorium accusabant illum omnes Iudæi, & appellabant *malefactorem*, tribus potissimum calumniis vsi. Primò: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram*, scilicet praua doctrina. Secundò, *Prohibentem tributa dari Casari*. Tertio, tanquam superbum & ambitiosum proclamant, quod diceret, *se Christum Regem esse*: scilicet Messiam in lege promissum, qui futurus erat Rex Iudæorum. Luc. 23. 2. Tu hoc exemplo edoctus, pro Christo libenter audias, & tolles omnes tui accusationes, ac calumnias coram tuis Superioribus contra te propositas & exaggeratas, & à te benè dicta & facta, malignis censuris, & interpretationibus odiosis aliorum deprauata, præsertim eorum, qui nunc in Communitate, in quâ viuus, sunt viri primarij, & instar eorum qui olim erant accusatores Christi innocentis, Scribae, Pharisei, Legis Doctores, Seniores populi, Principes Sacerdotum, & Summi Pontifices.

Trigesimosesto, Dominus Iesus ita ligatus adductus ad Pilatum tanquam malefactor, stetit ante eum, præsentibus & videntibus Iudæis inimicis eius, tanquam aliquod mancipium vilissimum, & tanquam fur & latro morti adiudicandus. Matth. 27. 21. Ita tu dum à Superioribus non tractaberis sicut alij tibi æquales, vel te inferiores, sed despotice tanquam seruus, hoc Christi exemplo te excita, ad humiliauitones tui externas amandas & tolerandas.

Trigesimosextimo, Postquam Pilatus examinasset tres priores accusationes Iudæorum contra Christum allatas, & inuenisset eum innocentem, ac vt talem pronunciaisset coram Iudæis. Luc. 23. 4. illi timentes ne eum dimitteret, iterum accusabat eum summi Sacerdotes in multis. Marci. 15. 3. Iesus autem nihil respondit. Mar. 27. 12. ita vt miraretur Pilatus vehemèter. Matt. 27. 14. Mar. 15. 5.

Tu non tantum priores accusationes seruo quo animo, sed etiam iteratas, & noli te purgare, nisi cogaris ab obedientia vel ex obligatione caritatis à proprio amore non instillata.

Trigesimo octauo, Iudæi videtes Pilatum Christi fauere innocentie, adhuc acriter accusarunt eum quòd non tantum Iudæam sua pessima doctrina turbaret, sed etiam Galilæam. Luc. 23. 5. vt ita omnes illius peregrinationes, mansiones, sermones & facta in Iudæa & Galilæa digna morte Pilato persuaderent. Tu tantò magis gaude, si accusaberis coram alijs, præsertim Superioribus, quòd in omnibus locis in quibus fuisti te malè gesseris, & inquietaueris alios.

Trigesimonono, Cùm Pilatus audisset Christum Galilæum esse, & de potestate Herodis, remisit eum ad Herodem tunc Ierosolymis manentem. Luc. 23. 7. Ita iam quarto tui causa per Ciuitatem deducitur ignominiosè Christus ligatus, ad tribunal Herodis. Vt tu non contentus sis si coram immediato Superiore accusaris, sed etiam optes, te coram mediatis omnibus, non semel accusari, & tolles accusationes quasuis.

Quadragesimo, Constitutus coram Herode Dominus, optante signum aliquod videre ab illo, quod si vidisset, procul dubio Christum dimisisset liberum, Christus tamen nullum miraculum patrauit, ne mortem, tui causa desideratam, euaderet. Luc. 23. 8. Tu in accusationibus tui abstinere ab iis rebus, quæ te possent liberare ab illis, & à mala opinione Maiorum de te, nisi aliud cogat facere obligatio aliqua virtutis, quâ sine peccato vel imperfectione certa omittere non possis.

Quadragesimo primo, Etsi Herodes Christum coram se stantem interrogasset multis sermonibus, ipse tamen nihil illi respondit: Luc. 23. 9. etsi etiam tunc Principes Sacerdotum & Scribae constanter accusarent eum: Luc. 23. 10. Tu in similibus accusationibus tui, etiam repetitis, tace iis modis, qui supra explicati sunt.

Quadragesimo secundum, Herodes viso Christo, nil ad sui accusationes respondente, sed prorsus tacente, etsi hinc ædificari debuisset, cognita tã heroica Christi humilitate & patientia, tamẽ id non apprehendit, sed spreuit illum, non solum ipse, sed & exercitus eius, Luc. 23. 11. Ita tu sis contentus, cum à te benè facta in malam partem accipiantur, tuque loco laudis contemptu tui rerumque tuarum reportabis.

Quadragesimotertium, Non contentus Herodes Christum spreuisse per ludibrium, Christum remisit ad Pilatum indutum veste alba: Luc. 23. 11. Tu omnes in vestitu mortificationis tui, hoc exemplo libenter feras.

Quadragesimoquartum, Videns Pilatus Christi innocentiam, volensque illum dimittere illatum, occasione captata consuetudinis, dimittendi ante Pascha aliquem in carceres antea coniectum ob aliquod scelus, sperans Iudæos fore contentos vt Christum dimitteretur, quem pro seculo habebant, proposuit illis, vt quem velent dimitti dicerent, an Iesum an Barabbam, qui fuerat coniectus in carcerem ob latrocinia & homicidium: sed Principes Sacerdotum & Seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Quocirca vniuersa turba exclamauit simul dicens: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam*, proinde hunc dimisit Pilatus: Matth. 27. 20. 21. Mar. 15. 15. Luc. 23. 17. 18. Ioan. 18. 39. 40.

Hinc discere gaudere, non conqueri, dum videris in officiis & gradibus speciosis te postpositum aliis, qui tibi videntur minus digni, minus meriti, non tam boni, vt te putas vel seis esse. Nunquã enim tibi antepositi à Superioribus, & ab æqualibus, & ab inferioribus, erunt tam mali, & tã indigni, vt erat latro & homicida Barabbas, Christo Deo & Domino suo cõparatus.

Quadragesimoquintum, Cùm Pilatus videret se hac viã non potuisse Christum Dominum tuum à crudelitate Iudæorum liberare, crucifixionem Christi magnis clamoribus postulantiã, iussit Christum flagellari, vt videntes eum valdè flagellis vulneratum, compassione ducerentur, nec vltra eum crucifigi expeterent: Matth. 27. 26. Mar. 15. 15. Luc. 23. 16. Ioan. 19. 1. Tu ad omnes pœnitentias, quas siue aliorum iudicio iuste, siue iniuste tuo, subibis, conforta te hac Christi flagellatione & ignominiosissima & molestissima, nunquam enim erunt illi æquales.

Quadragesimosextum, Præter flagellationem totius Corporis Christi, fuit etiam magna eius confusio, vt summa verecundia præditi, cum ad flagellationem totum eius corpus denudatum fuisset, omnibus eius vestibus detractis, idque coram numerosissima turba inimicorum Christi Iudæorum & impudentissimorum militum Pilati. Tu omnes tui confusiones & depressiones cum hac Christi confer confusione, & ob illius amorem tolera æquo animo.

Hoc loco monitum esse volo Lectorem, ne facillè credat iis quæ scribuntur etiam à magnis viris, de numero verberum seu ictuum, quos in sui flagellatione vnã, vel, vt aliqui putant, bina, Christus in suo delicatissimo Corpore percepit. Nam quod adscribitur S. Gerrudi Virgini, quasi, ei diuinitus reuelatum fuerit, fuisse quinque millia quadranta sexaginta sex ictuum lib. 4. insinuat. diuin. pietatis cap. 35. hoc ego, accuratissimè lecto non semel illo capite, non inueni tanquam reuelatum à Deo, sed hoc tantum eam tot vicibus Christi Corpus adorasse in memoriam eius flagellationis. An autem ex hoc illius factò, rectè colligi possit, id ei reuelatum fuisse, viderint me prudentiores. Quod etiam S. Bonauenturæ adscribitur quasi ab eo dictum, Christo inflictos, 5675. ego in toto Opusculo illius de Passione Domini, eo sine lecto, vt agnoscerem, an sit hoc à S. Bonauentura scriptum, & nil tale in eo inueni, ne quidem speciem talis dicti.

Dubium tamen non est, fuisse flagellationem acerrimam & diuturnam, vt quodammodo, salua sola animæ exhalatione, adæquaretur Christi crucifixione, sed quot ictus fuerint, certi nihil hæcenus inueni. Christi amor erga nos, & Passio non indiget exaggerationibus nec figmentis, vnicus solus ictus suffecisset ad declarandam eius erga nos eximiam beneuolentiã, & odium peccatorum nostrorum, ob quæ abolenda hæc passus est.

Quadragesimosseptimum, Christi flagellatione atrocissima non contenti Pilati milites, plecæntes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & purpureum vestimentum: Matth. 27. 29. Ioan. 19. 2. & caput eius acutissimo dolore à spinis profecto excruciantes, quod flagellis non tetigerant, & animum magna confusione replentes; siquidem ita eum coronarunt & vestiuerunt per ludibrium, indicantes eum esse vanissimum hominem, ambitiosum, & se pro Rege Iudæorum immeritò & superbè iactantem. Tu si pro superbo, & ambiente aliquod honorificum officium, & vanè te iactante habebere, contentus esto hac de te opinione, & si hoc ipsum tibi exprobrabitur dictis vel factis, tace, sicut tacuit Dominus tuus.

Quadragesimosoctandum, Ne vola Christi dextera esset sine pœna sensus, quem fortasse in flagellatione non habuit, vel sine notã & irrisione aliqua, posuerunt arundinem in dexterã eius. Matth. 27. 29. hac ridicula cæremonia illudentes ei, tanquam ficto Regi & inani; sicut arundo loco sceptri ei data, est inanis, & stultis obrudi solita. Tu irrisiones omnes & ludibria, quibus exagitaberis à tuis æmulis, hoc Domini tui exemplo, loco sceptrorum regiorum habe, iisque delectare.

Quadragesimononum, Hoc Christi contemptu non

R r r
con-

contenti, addiderunt alium: nam genu flexo ante eum; illudebant ei dicentes: *Aue Rex Iudeorum.* Matth. 27. 29. Mar. 15. 18. Ioan. 19. 3. Ita etiam aures Christi & ipsum Christum Dominum affecerunt iniuria, ut nihil esset in eius benedicto corpore intactum. Hæc Christi iniuria dulces tibi reddere debet falforum fratrum insincerum tecum agendi modum, dum aliud in ore habent, te laudando, te salutando, verbis benivolentiam præferentibus; in corde tamen contrarium erga te affectum fouendo, & te absentem coram suis amicis malignè traducendo & irridendo.

Quinquagesimò, His ludibriis non satiati, accipiebant arundinem, & percussiebant caput eius: Matth. 27. 30. Mar. 15. 19. Vt eo maiorem sentiret dolorem sanctissimum caput Christi Domini spineâ coronâ coronatum, & plus sanguinis pro tuis abluendis peccatis effunderet. Tu dum affectus es aliqua iniuriâ & dolore, patienter tolera, dum tibi additur dolor ad dolorem, & dum tua culpa sufficienter ab vno Superiore punita, punitur sine noua causa ab altero.

Quinquagesimoprimum, Præter has iniurias verborum & factorum multiplices, nouâ Christi Dominum affecerunt, dandò illi alapas. Ioan. 19. 3. Alapa est, cum manu explicatâ in maxillam impingitur. Tu dum multiplicabuntur tuæ penæ & molestiæ, ne afficiaris tædio, & ne desistas à benè cæptis.

Quinquagesimosecundò, Eodem tempore expeiebant in Christum. Matth. 27. 30. Ita faciem Domini tui, pro re vilissima habuerunt, & pedum conculcationi destinata, sicut est terra sordida, in quam homines sua sputa sordidissima excreant. Tu si pro vilissimo & abiectissimo homine, & iudiciis internis, & verbis, & factis, & ommissionibus honoris, & respectus debiti habebere, gaude, & triumphâ.

Quinquagesimatertio, His iniuriis & ignominiiis non placati Iudæi, etsi Pilatus iterum conareretur Christum Dominum liberare, & ad eommiserationem volens adducere eos, Christum ita malè tractatum eis ostendendo ex loco edito dicens: *Eccè Homo*: significare volens, ad eò malè tractatum, dignum esse compassione: nihilominus Iudæi iteratò ceperunt clamare, *Crucifige, Crucifige eum; quia filium Dei se ferit.* Ioan. 19. 6. 7. & *instabant vocibus magnis postulantes vt Crucifigeretur, & inualecebant voces eorum.* Luc. 23. 23. Ita quod maximum erat in Christo scilicet Diuinitas Patri æqualis non adoptiua à perfidis Iudæis negabatur, & à Christo superbè sibi arrogata asserabatur, proinde dignus supplicio mortis toties iam ei destinato clamoribus, iudicabatur, & vt illud subiret, vrgebatur. Tu gaude, si ea virtus, vel aliquod aliud talentum vel Dei donum, quo te scis à Deo ornatum, ab aliis non putabitur inesse tibi, quin potius superbè à te tibi adscribi, & tu propter hoc vanus, super-

bus, & temerarius proclamabere, à Superioribus & ab aliis.

Quinquagesimoquarto, Videns Pilatus se liberationem Christi non posse à Iudæis extorquere, etsi agnosceret eum esse innocentem, idque non semel Iudæis dixisset, & iustum appellasset coram eis. Sedens pro tribunali, importunitate eorum cedens, nec intercessionem vxoris pro Christo factam curans, Matth. 17. 19. *ad iudicauit fieri petitionem eorum*: Luc. 23. 24. & *Iesum tradidit voluntati eorum vt Crucifigeretur.* Matt. 27. 26. Tu hoc exemplo discce, omnes tui condemnationes, & gradationes & non promotiones, præsertim à falsis accusationibus & à maligno animo acculantium profectas; suscipete cum gaudio, & maiores desiderate, quandoquidem non perueniet vnquam ad eum gradum, in quo erat Christi condemnatio ad supplicium crucis & mortem ad eò acerbam.

Quinquagesimoquinto, Post condemnationem ad mortem Christum, milites exuete eum chlamydem, scilicet purpuream & induerunt vestimentum eius: Matth. 27. 31. Mar. 15. 20. nihilominus, vt veste propria Christus indutus, dum ad supplicium crucis duceretur, agnosceretur ab omnibus tanquam malefactor & morte dignus, atque ita magis irrideretur, & coram totâ ciuitate confunderetur. Quod quia, Deo permitte factum fuit, ad maiorem ignominiam & confusionem Christi; Tu ab eo discce non subterfugere, nec minuire confusiones, sed eas ex eius amore augere, vt sicut ille, *has opprobrium hominum & abiectionem plebis*, vt dicitur Ps. 21. 7.

Quinquagesimosexto, Post condemnationem sui Christus in propria veste exiit ex prætorio, comitantibus Iudæis inimicis, & militibus Pilati ethnicis, vniuersâ plebe spectante, baiulans sibi crucem Ioan. 19. 17. quam etsi poterat declinare ob vitium debilitatem (erat enim valde grauis) vt postea coactus fuit eam deponere, Matth. 27. 32 portatam deinceps à Simeone Cyrenæo, tamen ne hanc confusionem sui præmitteret, voluit eam baiulare ignominiosè, vt te doceret, saltem aliquam partem confusionum tui quærere, si totam non potes ob aliquod inuoluntarium impedimentum assequi.

Quinquagesimosextimo, Ad maiorem Christi confusionem, vt haberetur à plebe tanquam latro morte dignus, ducebantur & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur: Luc. 23. 32. Ita & tu quando impetfeceris, & discolis, & pœna dignis annumeraris, gaude, & honoratum te puta.

Quinquagesimoseptimo, Christus moriturus pro nobis, vt nos à peccato, à diabolo, & ab inferno liberaret & faceret filios Dei, hæredes vitæ æternæ, suos cohæredes, & gloria cælesti suo tempore bearet, elegit montem Caluariæ pro sua Crucifixione, situm in campo aperto, ignominiosissimum, quia in eo scelestissimi supplicio affliciebantur, & fortidissimum ob cadauera illic relicta

relicta occisorum latronum, & hoc supplicio crucis affici voluit eo tempore, quo maximus erat hominum ad festum Paschatis concursus, vt à pluribus nudus pendens videretur, & ad plures eius mortis notitia perueniret, quam subire circa meridiem voluit, quò melius posset aspici à circumstantibus ad sui maiorem confessionem & ignominiam ac dolorem. Tu hinc discite in amaritudinibus tuis, quibus natura nostra afficitur, dum persecutiones patimur, vel alio modo tribulamur, desiderare omnes tales circumstantias & additamenta, quæ pro Christi amore faciunt, nos in parte inferiore voluntariè & ex propria electione ac desiderio maioris ac maioris crucis, pati maiores confessiones, angustias, dolores, & humiliações, vt sicut per Christum peracta est nostri copiosa redemptio, sic pro eius amore & imitatione, maior ac maior à nobis desideretur ac procuretur afflictio & tribulatio omnimoda, iuxta dicta numer. 318.

Euthym. in Com-
ment.
l. 4. c. 23.
in fin. diu.
pet. pag.
147.

Quinquagesimononò, Adductus ad montem Caluarium Christus Dominus, cum ei propinatum esset vinum myrrhatum Mar. 15. 23. cum felle mixtum Matth. 27. 34. quò citius moreretur, vt ipse reuelauit S. Gertrudi, ob desiderium multa patientiæ pro homine, noluit illud biberetamen vt amaritudine eius, os, linguam, palatum, & ventriculum suum cruciaret (ad quas partes flagella & spinæ pertingere non potuerant) & ne minueret molestias nostri causa susceperat, gustauit illud Matth. 27. 34. Docens te, non quærere solatia, & abbreviationes ac alleviationes crucis in tribulationibus tuis, sicut dictum est supra numer. 323.

Sexagesimo, Tandem vestibus suis spoliatus, totus nudus, tribus, vel vt est probabilius, quatuor clavis cruci affixus est, Matth. 27. 33. Mar. 15. 25. Luc. 23. 33. Ioan. 19. 18. Tu confer omnia quæ vnquam passus es, vel pateris, vel pati poteris, cum Christi crucifixione, per te sumpta, etiam sine consideratione personæ eius quæ passâ est, agnosces nihil ferè esse quod pateris. Ideò libenter patiaris omnia, & desidera quam plurima & quam acerbissima pati, vt quam proximè accedas ad Crucifixionem Ducis, Domini, Creatoris ac Redemptoris tui pro te Crucifixi.

Sexagesimoprimum, P. eter Crucifixionem Christi, Pilatus scripsit hunc titulum, & posuit super crucem: Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, scriptum hebraicè, grecè & latinè: Ioan. 19. 19. Matth. 27. 37. Mar. 15. 26. Luc. 23. 38. Idque fecit eo fine, inquit Maldonatus, vt purgaret se, quod meritò Christum damnari, eò quòd regnum contra Cesaris fidem affectasset. Quod adhuc clarius Pontifices Iudeorum Pilato persuadere (sed irritò conatu) volebant, ne scriberet, Rex Iudeorum, sed, quia ipse dixit: Rex sum Iudeorum: Ioan. 19. 21. Hinc discite latari dum post depressionem & humiliatio-

nem tui, adhuc aduersarij tui sua contra te sua molimina defendunt, & te iuste punitum proclamant, & cunctis notam esse volunt causam, ob quam humiliatus & mortificatus fuisti.

Sexagesimosecundo, Ad maiorem Christi ignominiam, duos latrones cum eo crucifixerunt, vnum à dextris & vnum à sinistris: Matth. 27. 38. Luc. 23. 33. Ioan. 19. 18. vt Christus Dominus in medio eorum suspensus tanquam latro præcipuus, iis maior haberetur. Pilatus enim, inquit Maldonatus, iniquitatis suæ velamentum quærere voluit: vt crucifixus vnâ cum illis, quos nemo posset dubitare merito esse damnatos, fore existimaret, vt quemadmodum pœna, ita etiam culpa similitudine Christus vnâ cum latronibus damnatus esse videretur. Verisimile etiam est, Iudeos id sollicitasse, vt cum latronibus crucifigeretur, quò ignominiosior esset eius mors. Quod antea S. Chrysostomus scripserat. Tu gaude, dum reputaris superare malos & discolos tuo viuendi modo, tanquam peiore illis.

Sexagesimotertio, Crucifixo Domino & in cruce pendente Iudæi insultantes, & prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua te ipsum, si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes eum Scribis & Senioribus dicebant: alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei, confidit in Deo, liberet nunc, si vult eum: dixit enim, quia Filius Dei sum: Matth. 27. 39. 40. 41. 42. 43. Ita hi scelesti irridebant & negabant Christi potentiam qua posset se ipsum liberare: & Regiam dignitatem, quasi tam esset falsum illum Regem esse, quàm erat impossibile ipsum descendere de cruce: & fiduciam in Deo ei deesse significabant, à quo non esset liberandus à cruce, etsi id ab eo peteret, quippe Deo exosus: denique Diuinitatem, etsi se iactaret Filium Dei. Tu si post tuam humiliationem & persecutorum tuorum de te victoriam audies illos ea non contentos, tua dicta & facta carpere tanquam falsa, temeraria, & factum ac arrogantiam spirantia, & negare ea quæ verè in te sunt dona Dei & talenta, ac ea irridere, gaude, & Christo Domino gratias age, quod te sibi in his aliquâ ex parte similem fecerit.

Sexagesimoquarto, Non soli Iudæi Christo in summis doloribus sine vllâ humanâ consolatione & defensione pendenti in cruce illudebant, sed etiam milites, qui dicebant: Si tu es Rex Iudeorum, saluum te fac. Luc. 23. 37. Tu feliciorum te existima, quando non tantum persecutionem patieris ab iis qui ex odio, & inuidia, alioque maligno affectu te persequuntur immediate, sed etiam dum alij horum exemplo moti, alioqui tibi alias non offensi, te inuadent, & tuas res temerariè carpent & irridebunt.

Sexagesimoquinto, Nec hic finis irrisionum & contumeliarum Christi, sed & ipsi latrones cum

Hil. can. 31 in Mat. Amb. l. 10. in Lucam. Chry. Ch. 21. & Ro. mor. & h. 88. in Matth. Hier. ep. 248. Athan. f. de passi & cruce. prop. 66. Coll. c. 14. Beda, Theophyl. Etus, Euthymus in Comment. Iuuenius in Poem.

eo crucifixi ei improbabant & conuiciabantur: Matth. 27. 44. Mar. 15. 32. Vtrumque enim latronem Christo insultasse prius, sed postea alteram conuersum, Luc. 23. 39. Christum defendisse, putant aliqui veterum: Origenes, S. Hieronimus, S. Ambrosius, S. Chrysostomus, S. Hieronymus, S. Athanasius, S. Prosper, Beda, Theophylactus, Euthymius Iuuenius. Tu felicem te reputa, quando non tantum à bonis & laudabiliter viuentibus persecutiones patieris, sed etiam ab illis, quos bona vita non commendat, sed mores irreligiosi dignos reprehensione declarat.

Sexagesimo sexto, Cum Christus cum Patre æterno alloquens in cruce dixisset; *Eli, Eli, id est, Deus meus Deus meus*: Matth. 27. 46. *quidam illic flantes* (hostes Christi) verbum in alio sensu accipientes, & in eo illudentes Christo, quasi Eliam inuocaret dicebant: *sine, videamus an veniat Elias liberans eum*: Matth. 27. 47. existimantes eum se ipsum saluare non posse. Ita etiam ipsa materialia verba sua Christus ab impiis hostibus permisit detorqueri ad sensum non verum, vt nil relinqueret, quod tui causa pati posset, vt hinc discas, nullam patienti pro Christo occasionem omittit, & similes verborum tuorum interpretationes & corruptelas æquo animo ferre.

Sexagesimo septimo, Cum Christus Dominus in cruce pendens, ob præteritæ noctis vigiliam, & tot incommoda, & ob flagellationem, coronationem spinarum, ad diuersa tribunalia facta itinera, ob crucis bannationem, & sanguinis ex manibus & pedibus ac reliquo corpore copiosam effusionem, siti ardentissima premeretur, dixit, *Sitis*: Ioan. 19. 28. sed nullus fuit tam pius, qui huic necessitati subueniret, offerendo illi aquæ saltem paululum ad sitim extinguendam, sed *spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius*: Ioan. 19. 29. Matth. 27. 48. Mar. 15. 36. Ita iustæ suæ necessitati subueniens, *accepit acetum*: Ioan. 19. 30. Vt te doceret, cruce etiam in subleuandis tuis necessitatibus oblatas patienter ferre, non respicere remedia insipida, amara, non talia qualia tibi videbuntur tunc esse necessaria, nec petere quicquam speciale à tuis Moderatoribus, dum re aliqua indiges, sed nudè & simpliciter proponere necessitatem tuam, etiam Domino Deo, nil peculiare nominatim petendo, sed relinquendo Diuinæ providentiæ & Superiorum particularem subuentionem in tuis necessitatibus, & illud acceptando quod tuis Moderatoribus visum fuerit, & optando, vt tibi dent ea quæ minùs amori proprio ardent, sed sunt amara & insipida, vti est hyssopus, & in parua quantitate, vti erat illud acetum in spongiâ oblatum Christo Domino, non in aliquo pulchro, pretioso & amplo vase.

Sexagesimo octauo, Christus Dominus in cruce pependit sine vlla consolatione humana, verùm

cum tot molestiis animi & corporis libenter pro nobis toleratis, vsque adeo, vt videretur etiam à Deo Patre derelictus. Quocirca dixit ei sincerè, & quidem voce magnâ, non per modum querelæ, sed ad solatium nostrum & exemplum, ne ægrè feramus, dnm à Deo & ab hominibus videmur derelicti, in tribulationibus & necessitatibus nostris Dei vel proximorum causa contingentibus: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me*: Matth. 27. 46. Mar. 15. 34. Fuit autem ista desertio multiplex vt benè ponderat P. Ludouicus de Ponte, tum quia tam diu illum Pater cælestis pati permisit, immo voluit, tum quia à tormentis atrocibus & sensu eorum cum non liberaret, vt multos martyres liberaret, tum quia caput quiescere non poterat in cruce absque nouo dolore: manus non poterant corpus sustinere nisi dolore ingenti lacerarentur: nec pedes eiusdem corporis pondus sustinere poterant, quin vulnera magis aperirentur: tum quia Diuinitas Humanitatem eius, quoad sensibiles consolationes & solatia, ita permiserat pati tristitias & agonias, vt à tempore orationum in horto, vsque ad ipsam expirationem durarent. Tu ergo hoc Christi exemplo, discere durare in benè cæptis, quam diu Deus vult, etiam si nullâ & diuinâ & humana consolatione & tutela fruaris. Et in cruce Christi non quære solatiola, sed crucem ipsam Christi plenam doloribus, amaritudinibus, iniuriis, conuiciis, contumeliis, infamiis, irrisionibus, ludibriis, denique solo peccato excepto, omnibus huius vitæ incommodis & pænæ magis, purè omnia propter Deum patienter, libenter, & cum gaudio, ad vltimum vitæ punctum tolerando.

Sexagesimo nono, Non contentus Christus Dominus, tui causa breui aliquo tempore pendere in cruce. Ab hora sexta (quam Marcus c. 15. 26. Tertiam appellat) nostrâ Vandecimâ in horologio astronomico seu germanico correspondente, vsque ad horam Nonam, id est Tertiam pomeridianam, seu 21. in horologio integro seu Italico, pependit, tribus scilicet horis: quibus exactis mortuus est: Matth. 27. 50. quamuis ad nostri redemptionem sat abundè fuisset & plusquam abundè, si per minimam temporis durationem in cruce pependisset. Hinc discas, dum aliquid pateris pro Deo, pro Ecclesia, pro Ordine tuo, pro virtute, & pro proximis, non affici tædio, non abrumperè & decurtare crucis spiritualis durationem, sed quam diu vires sufficiunt, in cruce patienter, & libenter & cum exultatione perseuerare.

Septuagesimo, Mortuo Christo Domino, vnus militum lancea latus eius aperuit, ex quo continuo exiit sanguis & aqua: Ioan. 19. 34. Tu felix eris, (id est eo que id opta,) si etiam post mortem tuam contra te, & res tuas aliqua fient cum famæ tuæ & rerum tuarum iactura. Quod magni sancti expetebant circa se & res suas.

Quocirca benè scripsit S. Isidorus Pelusiota, 1. 1. cap. 130.

benè ab Iſaia Propheta dictum eſſe, Chriſtum non habuiſſe ſpeciem neque decorem, quia in eo ſupplicio quod voluntariè ac ſponte ſubiit, nullum non contumelia genus excitatum eſt. Pendebat quippe in patibulo, meridiano tempore, atque in Metropolitanâ vrbe, ac maximo feſto, in quo neminem fuſſe veriſimile eſt, qui non intereſſet. Quin etiam alius caſtellum in eum ludebant, alij ſannus eum impetebant, alij probriis lacerabant, alij acetum offerebant, alij contumeliis eum afficiebant, alij ipſius latus fodiebant. Atque in eos quidam latrones, qui vnâ cum ipſo in crucem acti fuerant nihil tale perpetrabant: in ipſum autem eiusmodi contumeliis, quibus ne innocentes quidem & ſacrosos viſi ſas eſt, bacchabantur.

Septuagesimo primò, Etiam poſt mortem, & ſua glorioſam Aſcenſionem ad cælum, & tempore beatiffimi Regni ſui & æterni in cœlis, quam plutima Chriſtus Dominus (vr ita humanam loquendi modo dicam) patitur, tot iniurias à tot infidelibus, ethnicis, Turcis, Saracenis, Iudæis, hæreticis, ſchiſmaticis, Catholicis ſceleſte viuentibus, & blaſphemantibus eum, eiusque Matrem ſanctiſſimam ac Sanctos eius, & à hominis tepidè ei ſeruientibus, & peccatis innumereis plena deliberatione committi quotidie & quouis hora ſolitè per tam vaſtum orbem terrarum. Quæ omnia ſunt maximæ iniuriæ Dei & Chriſti in Humanitate: quæ quodammodo iterum etſi iam plenè glorioſa in cælis, per noua peccata, vt ait Apoſtolus, cruciſigetur. Sic cruciſigebant eum præter modernos hæreticos Caluini, Lutheri, Arrii, Socini aliorumque hæreſibus imbutos, etiam veteres. Nam Cherinthus, & Ebion eius diſcipulus, & Carpocrates, & eorum aſſectæ, leſum eſſe purum hominem ex Iosepho & Maria natum docuerunt. a Paulus Sarnofatenus Epicoſtus, & Photinus Sirmienſis Epicoſtus affirmant Chriſtum non eſſe Deum, ſed hominem tantum. b Arius Presbyter Alexandrinus docuit Filium Dei eſſe creaturam, non eſſe coætæternum nec coeſſentialem Patri: Chriſtum hominem non habere animam, ſed eius loco eſſe Verbum. c Aetius & Eunomius eius diſcipulus, docuerunt Filium Dei eſſe omnino diſſimilem Patri, & Spiritum Sanctum eſſe creaturam Filij. d Apollinarius Laodiceuſis aſſeruit Verbum Dei accepſiſſe carnem humanam ſine anima rationali, & eſſe minorè patre, e Nestor. Epicoſtus Conſtantinopolitanus, docuit in Chriſto duas eſſe perſonas, alteram Diuinam alteram humanam. f Eutyches Abbas vt Nestorio contradiceret, docuit in Chriſto, vnâ quidem eſſe perſonam, ſed & vnâ naturam. g Agnoitæ auctore Temiſtio diacono Timothei Alexandrini Epicoſti, ad errores Eutycheſis & Dioſcori, adpulerunt Chriſtum ignorare diem iudicij. h Monotheliæ à Ciro Epicoſto Alexandrino & Sergio Conſtantinopolitano orti, dicebant in Chriſto vnâ tantum fuiſſe voluntatem & vnâ

operationem, ex quo ſequeretur, vnâ tantum fuiſſe naturam. i Felix Vrgelitanus, & Elipandus Epicoſtus Toleranus, docuerunt, Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum. k Caluinus, Brennius, Melanchthon, & alij ſcripſerunt Chriſtum pertuliſſe inferni cruciatus & dolores. l Chriſtum non fuiſſe crucifixum ſenſit Baſilides. m Chriſtum verè fuiſſe mortuum negarunt Ciani. n Chriſtum reſurrexiſſe Cherinthus negabat vt ait S. Auguſtinus l. de hæref. c. 8. Chriſtum aſcendiſſe in cælum, & illic intraſſe cum corpore & anima, ibique exiſtere, negarunt quidam hæretici, relati à S. Auguſtino l. de agone Chriſti c. 25. Inter hos fuerunt Seleuciani & Hermiani, vt S. Auguſtinus refert lib. de hæref. c. 59. & Manichæi, vt ait S. Gregorius Nazianzenus orat. 51. & Hermogenes, vt ſcribit Theodoretus l. 1. hæref. fabular. Chriſtum verum corpus aſſumpſiſſe, negabant Marcion, Lucas, Cerdon, Manichæi, Proclianitæ ſeu Proclianitæ, Priscillianiſtæ o.

CAPVT VNDECIMVM.

Ad crucem libenter ferendam excitare nos debet triplex crux Chriſti, nimirum continua paupertas, contemptus, & dolor.

Scias, inquit 13. Angela de Fulgino vitæ c. 26. Salias 60. quòd hic liber vitæ non eſt aliquid aliud, quàm Chriſtus Dei Filius, qui eſt Verbum & Sapientia Patris, qui in hoc apparuit, vt per vitam ſuam & mortem & doctrinam nos inſtrueret. Videndum eſt, qualis fuerit ſua vita & conuerſatio, quam egit & in deſinenter tenuit in corpore mortali. Sua enim vita, eſt exemplum & forma cuiuslibet volenti ſaluari. Vita autem ſua non fuit niſi amariffima penitentia cum qua fuit associatus continuè in vitâ præſenti: ita quòd ab hora, in qua anima Chriſti fuit creata & inſuſa in ſuo ſanctiſſimo Corpore in vtero Virginitatis puriſſimæ, vſque ad illam horam vltimam, in qua illa ſanctiſſima anima receſſit ab illo ſanctiſſimo Corpore, per acerbiffimam crucis mortem, nunquam ſterit ſine illa ſocietate: quod non fecerunt Apoſtoli, nec beata Virgo, nec alij Sancti.

Societas autem quam Deus Pater altiffimus ſecundum ſuam ſapientiſſimam diſpenſationem voluit; vt Filius ſuus dilectiſſimus haberet in iſto mundo, hæc eſt: Primo, perfectiſſima, continua & ſumma paupertas. Secundo, perfectiſſimus, ſummus & continuus deſpectus. Tertio, perfectiſſimus, continuus & ſummus dolor. Iſta fuit ſocietas, à qua Chriſtus fuit associatus in tota ſua vitâ, vt exemplum nobis tribueret hanc ſuper omnia eligendi & diligendi & tolerandi vſque ad mortem: per hanc enim viam ipſe ſecundum quod homo, aſcendit ad cælum, & per ipſam poteſt & debet ire anima ad Deum, nec eſt alia via recta: oportet enim & decet, quòd viam quam caput tenuit, teneant corpora

Heb. 6. 6. a Clem. 1.6. C6ſt. cap. 6. Irea. 1.1. c. 24. 25. 26. & 1. 3. cap. 3. b Epiph. hæf. 61. & 71. Aug. hæf. 44. c Epiph. h. 69. Aug. h. 49. d Baſil. l. 1. & 2. c6ſt. Eua. Aug. hæf. 54. e Epiph. hæf. 77. Aug. hæf. 55. f Theod. lib. 4. de fab. hæf. proſper in chronico. g Euagr. 1. 1. c. 9. 1. 2. c. 4.

b. Damas. l. de hæf. Liberat. in Breu. cap. 19. i. Dam. l. de hæf. k. Adrian. Papa ep. ad Epicoſtus Galliar. Concil. Francoford. Ado in Chro. nico. l. Bell. 1. 4. de Chriſto c. 8. m. Suar. ro. 2. 3. p. 9. 46. diſp. 33. l. 1. n. Iren. 1. 1. c. 25. Tert. de eſt ſcrip. cap. 46. Euſt. 4. hiſt. c. 8. Epiph. hæf. 2. Aug. hæf. 4. n. Dam. 1. 3. ſid. c. 27. 28. liſid. 1. 8. c. 5. Th. 3. p. q. 1. a. 3. o. Tertul. 1 cont. Marcion. Iuſtin. a. polog. 2. Epiph. hæf. 45. 42. 46. Aug. hæf. 60. Leo Papa ep. 93. c. 4. 17.

membra: & quod ab illa societate, à quâ fuit associatum caput, sint etiam associata membra.

Societas igitur prima Iesu Christi libri vite & salutis nostra, fuit continua & summa, & perfectissima paupertas; & ista fuit tribus modis, vna grandis, alia maior coniuncta cum prima, sed tertia coniuncta cum prima & secunda, fuit perfectissima. Primus igitur gradus perfectissime paupertatis Christi, qui est liber & via & magister animæ, fuit, quia voluit esse pauper omnium rerum temporalium istius mundi, ita quod non habuit nec terram, nec vineam, nec hortum, nec aliquam possessionem, nec aurum, nec argentum, nec pecuniam, nec ullam rem propriam, nec recepit nec recipere voluit de rebus mundi huius, nisi ad subleuandum extremam indigentiam vitæ suæ corporalis, cum fame, & siti, & penuriâ, frigore, & calore, cum multo labore, & austeritate, & duritia, nec de rebus delicatis & exquisitis necessitates corporis recipere voluit, sed de rebus grossis & communibus, quæ secundum loca & tempus inueniebantur in illâ Prouincia, in qua Christus sine domo & habitaculo mendicans stabat & viuebat. Secunda paupertas Christi fuit maior quàm prima, quia voluit viuere & esse pauper amicorum & consanguineorum, & omni familiaritatis magnorum & potentum, & omni amicitia temporalis, ita quod nec aliquem amicum habuit, nec habere voluit, nec ex parte Matris, nec ex parte Ioseph patris putatini, nec ex parte discipulorum, nec quorumcumque amicorum, propter quæ fuerit sibi dimissa vna alapa, nec vnus ictus martelli, nec flagelli, nec vnum verbum iniuriosum: & nasci voluit de Matre pauperrimâ & humillimâ, & educari sub patre putatio carpentario paupere, & se expoliari amore & familiaritate regum, potentum, & Pontificum, & scribarum, & amore amicorum & consanguineorum, ita quod nec pro Matre, nec consanguineo, nec pro quocunque dimittere voluit aliquid, quod placeret vel placere posset voluntati Patris sui altissimi. Tertia paupertas & summa fuit, quod expoliari semetipsum se ipso, cum Christus pauperem se ostendit in potentia. Et primo quod fecit se pauperem & inopem sua potentia proprie, cum enim ipse esset omnipotentissimus, cui nihil erat impossibile, voluit apparere & viuere in isto mundo, sicut impotens, sicut infirmus & debilis homo. Ipse enim præter miserias humanas, puerilem infantiam, & alias infinitas debilitates, quas propter nos assumpsit, præter culpam & peccatum, debili apparuit & vixit. Fuit enim fatigatus ex itineribus, & prædicationibus, & curationibus, ex visitationibus, ex opprobriis.

Et quod plus est, non solum homines peccatores in eum potestatem acceperunt, imò omnia elementa & corpora insensibilia sibi passionem & afflictionem inferendi, ab eo, qui ipsa creauerat, potestatem acceperunt, & ipse tamquam impotens non resistebat, sed omnia, vt homo impotens resistere, propter nos tolerabat. Dedit enim potestatem illis spiritibus intrandi & perforandi crudelissime illud tremendum & diuinissimum caput eius. Dedit potestatem illis vinculis & ligaturis strigendi & tenendi eum cum columna, & vnam manum eum alia, qui terram in suâ morte conculsit. Latissime

me, ô filij Dei, vt isti fidelissimi vobis Deo sitis fideles, & super hanc pro vobis humiliatam fidelitatem & fidelissimam humilitatem deuotissime respiciatis totos. Ecce quia solum propter te, ipse auctor omnis vitæ, tantum se ipsum deiecit, vt te exaltaret, quod ipsa insensibilia, ipsum auctorem, per omnia percuteret, & lamarent, & qui est omnino incircumscriptus, loco fixus teneretur. Dedit velo, vt velaret eum, qui est vera lux & verum lumen illuminans omnia. Dedit flagellis, vt durissimè verberent eum. Dedit clauis potestatem perforandi & intrandi in suis manibus & pedibus, quibus cæcos illuminauerat, & surdis auditum reddiderat. Dedit cruci, vt eum cruentatum, verberatum, & perforatum suspendendo sustentaret, & eum nudum omnibus exponeret, & tandem mortem crudelissimam ibidem tolleraret. Dedit aceto & felli, vt os eius amaricaret. Dedit lancea, vt intraret, & aperiret, & perforaret, quod suspendum est, illud diuinissimum, latus & cor, & viscera eius, vt sanguinem & aquam de visceribus eius & cordis penetrabilibus effunderet super terram. Debeant enim ipsa creatura, & poterant, suo Domino, suo factori propriissimo obedire, & non creature, ipsi abutenti. Sed profundissima & fidelissima & iustissima humilitas istius altissime Maiestatis deprimat, & confundat superbiam nostram nobilitatis. Voluit enim esse subiectus & annihilatus ipse auctor omnis vitæ (qui solus habet esse) omnibus creaturis, istis etiam insensibilibus, vt tu, qui eras mortuus, & diuinorum insensibilis factus, per hanc eius humillimam deiectionem vitam haberes. Et tu homo qui nihil noras, tam fidelissimè & purissimè te dilexisti iste, qui solus, solum ob tui amorem exinaniri voluit, vt tibi daret perfectissimum esse. Debebat enim ipsa lancea & poterat se plicare, & non obedire creaturæ ipsa abutenti, & non percutere, non perforare illud diuinissimum latus (sui propriissimi Domini & factoris). Sic & alia insensibilia poterant, & debebant non obedire, contra suum Dominum & factorem, nisi quia potestatem acceperant super ipsum.

Dedit crucifixoribus militibus, Iudæis, Pilato & aliis nequissimis potestatem vt ipsum iudicarent, accusarent, blasphemarent, sibi insultarent, verberarent, deziarent, & eum interficerent, qui solo verbo omnia impedire poterat, aut solo nutu omnia subuertere & annihilare, aut vni Angelo minimo suo de infinitis militibus potestatum & virtutum suarum imperare, vt hæc omnia vno impetu proiceret in profundum maris. Nisi enim ipse potestatem dedisset, & se passibilem & infirmum exhibuisset, procul dubio nulla creatura potuisset, imò horruisset molestiam suo Creatori irrogare. Quid plura elementis, frigori, calori, fami, siti, se subiecit & aliis creaturis insensibilibus, & potentiam suam occultauit, & se in apparentia hominum spoliavit, vt nos miseros, mortales & passibiles, de patientia sub tribulationibus habenda informaret, vt hominem qui potestate se priuauerat, redimeret, & per gloriam resurrectionis impassibilem efficeret & inuictum.

Et quod amplius est, dedit potestatem diabolo super se, vt eum tentaret, & circumdiceret, & cum membris suis pessimis hominibus ipsum vsque ad mortem perse-

queretur, ut hominem de eius potestate liberaret. Passibilem igitur se exhibuit iniunctus Dominus, & omnium primum agens, & imponentem Creator omnium, & debilem Rex fortissimus se fecit: nec repulit, sed subiecit se diabolo, creaturis insensibilibus, & omnibus tribulationibus, & iniuriis, omnibus penis, omni dolori & afflictioni, in hoc confundens nos miserandos, qui sic delicari esse volumus, ut non solum tribulationes, neque penitentiam spontaneam non assumamus, verum etiam afflictiones & tribulationes ex ordinatione Dei nobis contingentes, quantum possumus repellimus, & contra Deum omnipotentem nequissime murmuramus.

Secundo modo se expoliavit se ipso, & pauperem fecit sua propria sapientia; voluit enim Dominus nos Iesus Christus apparere, ut simplex homo, & ignorans, & insipiens, & fatuus inter omnes homines mundi, & non voluit etiam apparere, ut philosophus, vel doctor verborum, aut disputator ampullosus, vel scriba, vel famosus in scientia, vel sapientia gloriosus, sed in veritate humiliter conuersando & simplicitate, & summa mansuetudine inter homines conuersabatur, in virtute vita virtutum & miraculorum viam veritatis ostendendo. Cum enim ipse sit sapientia Dei Patris & scientiarum Dominus, & prophetarum factor & inspirator, potuit scientiarum & rationum subtilitatibus & ingenio uti, & se ostendere, & gloriosum facere, si voluisset, sed sic simpliciter veritatem protulit, ut quasi ab omnibus non solum simpliciter & idiota, sed insipiens, & fatuus, & blasphemus, reputaretur. Viam veritatis nobis ostendens, quod non de scientia seu sapientia gloriari debemus, neque ipsa inflati, velimus coram hominibus nomen magisterij acquirere, seu vanam gloriam manducare.

Tertio se expoliavit se ipso & pauperem fecit sua fama sanctitatis & bonitatis & innocentie, quod mirabilissimum est. Voluit enim sic tenere viam mysticam, ut quasi ab omnibus non solum non haberetur ut sanctus, sed ut peccator, & peccatorum amicus, & sicut proditor, & seductor, & patria conspirator, & blasphemus reputari; & inter latrones & iniquos condemnari & numerari voluit, dum tamen salutem nostram operari posset in medio terra. Potuit enim sibi acquirere famam sanctitatis, ut ab omnibus vnique saltem ipse sanctus sanctorum tamquam sanctus haberetur, ut ipse qui nunquam peccatum fecit, sed peccata omnia tulit, & quod Ioanni Baptistam, quantum ad famam sanctitatis suo seruo dederat, ipse sanctorum summus & Rex virtutum, sibi inter omnes homines retineret. Sed hoc fecit, & famam sanctitatis (salua veritate doctrina vite & iustitia) se expoliare, & pauperem facere voluit, ut nostram hypocrisim refutaret, qui etiam de his bonis, que nec habemus, nec facimus, gloriam coram hominibus querimus, & famam sanctitatis & innocentie, nos de malis falsè excusando, & bona operamendaciter arrogando per fas & nefas, quantum possumus nitimur vindicare.

Quarto expoliavit semetipsum se ipso, suo videlicet imperio & principatu omnium rerum & dominatorum, quas habebat. Cum enim esset Rex regum & Dominus dominantium, & Rex, cuius regni non est finis,

ipse inter omnes homines viuere & esse voluit, sicut seruus deiectus, & venditus, & emptus. Nec cum eum vellet facere Regem, Rex esse voluit, sed Regibus impiissimis semper vsque ad mortem subiectus & obediens in eis, que petebant, veltigalia scilicet soluendo, esse voluit: curis & iudiciis, & gramminibus eorum parendo & se subiciendo. Et non solum regibus, imo etiam vilissimis seruis, & clientibus, & ministris eorum semper obediens fuit, vsque ad verbera & mortem crucis. Et ipse Rex regum, regnum suum de hoc mundo non esse, coram Pilato asseruit, quia de regno & dominatione huius mundi temporali inter homines non curabat, sed semper subiectus esse volebat, & non dominus, neque Rex, Princeps, sed seruus humillimus semper ipsum totaliter exinaniuit. Subiectus etiam fuit sua humillima & pauperrima Marii & Patri putatus, eum vsque ad tricesimum annum humiliter obsequenda & seruiendo. Nec inter discipulos, quos paucos, & ignobiles, & pauperrimos elegit, nec ut Rex, nec ut Dominus, esse voluit, sed asseruit, quod venerat ministrare, non ministrari, donec daret animam suam pro ipso, & ceteris peccatoribus redimenda. Quinimo eis discipulis pauperrimis in miseris caput & magister existens, primus esuriebat & stiebat, & tribulabatur, non enim fuit magister eorum, quatenus primum inter eos quareret, sed ut primus inter eos afflictionem & deiectionem suslineret, & tantum inter eos humiliter sine conuersatione quod eis in mensa ministravit, & pedes eorum & manus lauit. O immensa nostra dementia, quod post talem ac tantum dominum & Regem regum, & ignominiosissimum inter homines, & contemptum, nos ad dignitates & prelationes continue aspiramus, libertatem volentes, & sine iugo viuentes, nulli, amore eius subiecti, nec obediens esse volumus, sed supra alios, quantum possumus, volumus praesidere. Non sic, non sic tu Christe facere voluisti, sciens, quod durissimum iudicium fiet his qui presunt, & potentes potenter tormenta patientur, & de vita & regimine, & de peccatis eorum subditorum strictissima ratio exigitur. Confundat igitur hic liber viuus, in se nobis exemplum preferens, superbiam nostram, & semper (sicut ipse) subiecti professionibus esse velimus, nostram voluntatem nullatenus retinentes, sed amore eius, qui omnibus propter nos subiectus fuit, & esse voluit, & propter nostram securitatem statum subiectionis non solum toleremus, sed prelationes fugientes, subiectionem & statum humilem ex corde cum magno desiderio requiramus.

Hac est igitur summa & continua & perfectissima paupertas Dei hominis Iesu Christi omnium Saluatoris, qui quamuis diuitiarum Dominus existeret, pauperrimus inter nos esse voluit, ut nos ad amorem paupertatis prouocaret. Pauper enim fuit re, voluntate, & spiritu super omnem creaturam assumptionem, propter infimitissimum & dulcissimum amorem, quo nos dilexit: pauper inquam, & inops mendicus. In rebus temporalibus pauper, & in amicis, pauper in potentia, pauper in sapientia mundana, pauper in fama sanctitatis, pauper in statu dignitatis, pauper in omnibus existens, paupertatem predicauit, & pauperes beatorum esse asseruit, & mundi iudices asseruit: diuites condemnauit,

& diuitias, & abundantias predictas esse contem-
das re, verbo, conuersatione, & exemplo totis viribus
predicauit. Sed heu, prob dolor! sed heu prob pudor! hec
paupertas spiritus hodie est expulsa, & quasi ab omni-
bus est fugata, & (quod est detestabilius,) ab illis qui in
hoc libro vita legunt & intelligunt, & hanc paupertatem
predicant & glorificant, hec paupertas re, voluntate,
studio, & facto totaliter expugnatur. Hanc enim
paupertatem mundus odit, Christus autem diligit, &
elegit pro se & pro suis, ipsamque beatissimam statu-
do. Sed quis homo, quae mulier, quae creatura hodie di-
cere possit, quod sit sociata tali Societati, tam gloriosae
sicut Christus voluit esse sociatus: Beatus est ille, qui in
sua penitentia, in mundo isto, exemplo Christi, ipsam
elegit. Hec me heu me: Scimus, audiuiimus, firmiter te-
nemus, qualiter Filius Dei, Creator noster & Redem-
ptor, magister, & illuminator, & exemplum nobis fa-
ctus, quali cibo & potu, satiatus, qualiter fuit indutus,
qualibus vestibus adornatus, qualibus cameris & pala-
tium hospitatus, quali familia & amico stipatus, quali-
bus studiis & scientiis manipatus, & sic de aliis bonis
huius mundi, & tamen Christianos esse nos dicimus, &
nominari volumus, post Christum pauperes nullatenus
de facto esse volentes, neque sibi assimilari desiderantes;
quamquam verbis dicamus, eius statum, & paupertatem
beatificantes, re autem & facto, Christi statum &
perfectionem sua paupertatis detestantes. Vnde nobis, qui
post tantum exemplum, doctorem, & magistrum de sa-
cto, tantam salutem repellimus, & ab eius statu & do-
ctrina sumus post abundantias temporales errantes, &
vacui, finaliter remanentes. Et ideo nostra penitentia
& status Christianitatis non vadit, per rectam viam
Iesu, imò turpiter deuiat ab eadem.

Beatus autem & vere beatus, (vt ipse etiam asse-
ruit) est, & erit, qui paupertatem omnium rerum pre-
dictarum diligit, qui de facto non solum verbo pauper
esse vult in rebus temporalibus, & amicitias, & fami-
liaritatibus, in delectatione, varia scientia, & curiosi-
tatis, & fama sanctitatis, & omnis pralationis &
dignitatis: quod si non potest, quis se totaliter à predi-
ctis spoliare, saltem deponat affectiones rerum predi-
ctarum, quantum potest: verè enim beatus talis pauper,
quoniam ipse est regnum caelorum. Et qui contrarium
fecerit de facto, quidquid de verbo predicauerit, &
sermocinatus fuerit, infelix & maledictus, quoniam
ipse est extrema paupertas, & perpetua esuriet domo-
rum inferorum, vbi perpetua fames & sitis, vbi nec a-
micus, nec frater, nec pater redimere, nec iuuare poterit,
nec euadendi potentia aderit, nec sapientia mundana
ualebit, sed omnibus hiis prinabitur de facto, qui de sa-
cto hac contra doctrinam Christi obinere voluit, &
crucabitur in perpetua saecula saeculorum.

Secunda societas, à qua continè Iesus Dei Filius,
quandiu vixit, fuit associatus, fuit voluntarius & per-
fectus contemptus, detectio, & ignominia, & verecun-
dia, quae voluit in hoc mundo continè tolerare. Vixit
anim sicut seruus deiectus & venditus, & non redem-
ptus, & non tantum sicut seruus, sed sicut seruus, qui
malus reputatur & iniquus. Fuit enim exulatus & op-
probriatus, derisus, ligatus, verberatus, suffigatus, flagel-

latus, & tandem sine ratione, sine defensore, sicut vilis
& miserabilis cum iniquis & latronibus deputatus, &
cum eis condemnatus, & mortuus morte turpissima &
deiecta. Et dum viueres, si quando aliquis voluisset sibi
inferre honorem temporalem, semper contradixit aut
verbis aut factis, & honore mundi semper fugit, &
verecundias semper tolerauit, & libenti animo rece-
pit, non dando ex parte sua occasionem nec cau-
sam. Ipsum enim dominatorem mundi sine ratione, si-
ne causa, sine offensa, sine iniuria, omnes quasi persecu-
sum & deriserunt, & subannauerunt. Procius enim
à factis & à cunabulis ipsius persecuti sunt, & in ter-
ram barbarorum proiecerunt. Qui cum adultus esset, quid-
dam, eum Samaritanum & idololatram vocabant,
quidam verò demoniacum, & demomatium, & gulo-
sum, & seductorem, & pseudopropheta. Dicebant
enim: Ecce vorator & potator vini, quoniam non est
propheta, nec iustus, nec miracula in virtute Dei facti,
sed in principe demoniorum eicit demones. Quidam
ipsum dicebant ad montes, praecipita, vt ipsum praeci-
pitarent: quidam lapides tollebant, vt ipsum lapide-
rent. Inter haec erant diuersi contra eum clamores, ad-
uersè irrisiones & subannationes, detractiones, & in-
iqua consilia, dicentes: Quoniam blasphemias multas il-
lusiones, & deceptiones in verbis & factis sibi propa-
rantes, ipsum à locis suis repellentes, nec ipsum recipere
volentes. Et tandem ipsum viliter ceperunt, diuersis u-
dicibus & iudiciis & conciliis ipsum ligatum exponen-
tes, & quidam in faciem eius exquebant, alij alapa
dabant, alij eum chlamide circumdederunt, alij cor-
mauerunt eum spinis, & procidebant, & genas flecte-
bant illudentes ei, caput eius virga percutientes, & fa-
ciem eius velantes, omnem speciem irrisionis superindu-
cebant, alij ipsum flagella verberabant, alij in eum sic
cut canes sanguinis voratores, dentibus fremdebant, ip-
sum condemnantes, reprobantes, & inquam malefacto-
rem. Et tandem ad passionem ducebatur nudus, & om-
nes discipuli eum reliquerunt. Et vnus quidem negauit
eum, alius verò tradidit, reliqui verò auferunt, &
solus nudus stabat in medio illarum barbarum: erat
enim dies festus, qui tunc omnes congregabat. Et sicut
malignum in medio malignorum denudatum in al-
tum eleuantes suspenderunt, & viriliter interfecerunt.
Alius eum morientem, stentem & orantem subanna-
bat & irridebat, dicens: Vah qui destruis &c. Alius
eum contemdebatur, dicens: Multos alios saluos fecit, sep-
sum non potest &c. Alius vestem suam iudebat: Alius
eum aceto & felle porabat, & offerebat morienti, & a-
quam ad bibendum humiliter postulanti. Et alius ipse
mortuo latus lancea transfigebatur, & quando de cruce
depositus, nudus in terra iacebat, & absque sepulchro,
donec quidam quesiuit, vt tolleret & sepeliret. Alij
querelam aduersus eum diuulgauerunt dicentes: Recor-
dati sumus, quoniam seductor ille dixit: Alij resurre-
ctionem occultauerunt, alij negauerunt. Et sic in vita
& in morte, & post mortem non fuit, nisi in continuo
despectu, ignominia & vilitate, & haec quesiuit & to-
lerauit, vt sic ad gloriam resurrectionis in quantum
homo perueniret, & nos ad summam gloriam exal-
taret.

Igitur factus est nobis forma, & exemplum, & doctor, & magister gloriosus, Dei Filius, ut gloriam temporalem contemneremus, & non solum modò ipsam non quereremus, sed etiam presentatam & exhibitam resutaremus. Ipse enim nunquam gloriam propriam quesuit, sed gloriam sui Patris, imò potius repulit & contempsit, & humiliavit se de celo vsque ad pedes discipulorum, & exinaniuit se formam serui accipiens, & factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem, non qualemcunque, sed turpissimam, & despectissimam, & acerbissimam, scilicet crucis. Sed heu! pro dolor! quae persona inuenitur hodie, quae diligit talem societatem, ut scilicet fugiat honorem, & diligit verecundiam, quae habetur propter pauperitatem, humilem statum, humile officium, & caetera humilia, & quae velit esse annihilata, deiecta, & contempta: quin de bono, quod habet, vel agit, & facit, & loquitur, vel estimat se habere, vel commendari & laudari, quin sequatur, vel applaudit adulatores? Veraciter vnusquisque in viam suam declinauit, nec est vsque ad vnum qui faciat bonum istud: & verè si quis est talis, hoc esse non potest, nisi sit coniunctus cum capite Christo per amorem verum, ut vnum membrum eius. Videndo enim quòd Christus Rex suus & magister & caput diligit, & vult talem societatem, & ipse vult similitè.

Sed inueniuntur multi, quorum quilibet dicit: Ego diligo & quero diligere Deum, & non curò, si mundus non faciat mihi honorem, sed nolo quòd faciat mihi verecundiam, nec volo esse deiectus, nec vituperatus, nec confusionem in presentia mundi recipere. Sed istud est signum manifestum paruae fidei, & paruae iustitiae, & parui amoris, & magna repiditatis. Quia vel commisit illud, propter quòd est dignus sustinere confusionem, & penam, & verecundiam (de quo pauci se iuste possunt excusare) vel non commisit: si commisit, propter opera sua manifesta vel abscondita, debet sustinere, si verè sit penitens, neque iustus, cum patientia, imò etiam cum placimento animae & corporis, & hoc duabus rationibus: primò, quia illa verecundia & confusio & pena quam sustinet cum patientia, satisfacit Deo, & proximo secundum voluntatem Diuinae iustitiae. Si verò non commisit mala opera, nec per voluntatem, nec per opera, debet portare & tolerare omnem, & verecundiam & confusionem, si Deus permiserit, & hoc in centuplum cum maiori patientia & gaudio, quam primo modo, quia illa pena, & illa confusio & verecundia, tota ponitur in augmentum gratiae: crescente autem merito gratiae, crescit donum & premium gloriae: & sic procul dubio cum toleratione verecundiae & confusionis, quae adueniunt absque culpa hominis, crescunt & perficiuntur anima sancta, & amici Dei, sicut & perficiuntur tolerantes propter Deum pauperitatem, & alias afflictiones. Idèd Christus dilexit verecundiam, & fugit honorem, ut doceret amicos suos, quomodo possent crescere in merito & gratia. Ista igitur societas secunda, fuit continuè cum vita Christi. Si enim volumus videre bene principium, medium & finem vltimum vitae Christi Filij Dei, totum fuit humilitas, & in mundo isto viuere sine honore, & despectus & reprobatus à mundo, & ab illis qui diligunt mundum.

Tertia societas sua magis experimentalis & continua, fuit summus dolor, à quo statim anima Christi, quando Corpori Sanctissimo fuit infusa, fuit etiam associata. In illo enim momento, quo fuit anima illa humano corpori & diuinitati vnita, statim fuit repleta summa sapientia: & ideo Christus statim fuit viator & comprehensor: & statim in vtero Virginis Matris suae incepit sentire summum dolorem, sciendo, videndo, & considerando, & intelligendo vniuersaliter & singulariter omnes penas, & quamlibet per se, quas ipsa anima tum in sua carne experiri debebat, & pro nobis tolerare. Et sicut propinquus morti, factus fuit in agonia, & in tanta tristitia, quòd corpus sudorem sanguineum vsque ad terram emisit, propter hoc, quòd acerbiter mortis praeuidebat; ita anima Christi praeuidendo ista tormenta sibi affutura, summo dolore dolebat, quamuis Corpus non experiretur tantum, sicut quando passioni fuit Christus propinquus.

Anima illa sancta praeuidebat calcellos illarum pessimarum linguarum, & verba aculeata cuiuslibet linguae singularis: & sciebat & continue considerabat, à quibus, & quando, & quomodo, & quantum debebat affligi, interfici, deludi, & mactari, & videbat se ad hoc natum, & ad hoc venisse in mundum. Vnde non poterat esse nisi in dolore, quando considerabat, qualiter debebat esse venditus, traditus, captus, negatus, derelictus, ligatus, colaphizatus, derisus, verberatus, accusatus, blasphematus, maledictus, flagellatus, iudicatus, reprobatus, condemnatus, & sicut latro ad crucem ductus, spoliatus, denudatus, crucifixus, mortuus, lancea percussus. Et sciebat omnes percussiones martellorum, & omnes ictus flagellorum, & foramina clauorum, & omnes guttas sanguinis, & lacrymarum guttas, quas fundere debebat, & omnia suspiria & fleus, & lamenta dolorosa sua & matris suae, quae omnia illa sancta anima Christi semper praeuidebat, & considerabat, & quando sic se habebat, absque dubitatione non poterat esse sine tristitia, & summo cordis & mentis dolore. Et sic tota vita Christi fuit associata summo dolore, tristitia, & afflictione.

Præter hoc, Christus Dominus verus liber vitae, innumerabiles tolerauit dolores. Statim enim natus, non in balneo, nec in plumis positus, nec pellibus inuolutus, sed in sterno, in stabulo, & duro praesepio inter iumenta collocatus est, & sic infansulus tenerimus statim natus incepit secundum corpus tolerare corporis afflictiones. Consequenter peregrinationes cum Matre sua dulcissimam & tenerimam Virginem, & Ioseph Senem vsque in Aegyptum per desertum vastissimum, peregit; in cuius transitu filij Israel sine cibo humanitus preparato quadraginta annis permanserunt. Consequenter peregrinationes ad templum secundum legis statuta faciebat adhuc puerulus, continue pedibus suis ambulando, cum tamen locus suus Nazareth, plusquam per duas dies Hierusalem distaret.

Et factus vir, statim post baptismum desertum intravit, ibique quadraginta diebus ieiunauit & esuriit, in tantam, quòd diabolus credidit eum propter famem ad peccatum posse inclinare. Vnde & de hoc primo eum tentauit, luit igitur pedibus suis per castella, per loca,

per ciuitates, famem, sitim, pluuia, calores, caumata, frigora, sustinendo, sudando, se fatigando, multas molestias sustinendo, & tandem mortis supplicia tolerando. Et hos omnes labores sustinuit, ut viam veritatis predicaret, & falsitates demonum & eorum dominium exterminaret, & ut hominibus penitentiam vilissimam demonstraret, & ipsos ad eam induceret, & ut ostenderet in dolorum & afflictionum toleratione stare felicitatem, & bonum hominum, & gloriam: & ut nobis exemplum daret, quod praedicta sunt toleranda.

De doloribus autem quos tempore passionis sustinuit, nulla lingua sufficit dicere, nec cor cogitare. Fuit enim in Christo dolor ineffabilis multiplex: fuit etiam in Christo dolor intensissimus & acutus, ex compassione, quam habuit humano generi, quod diligebat summo amore: & non solum in communi dolebat pro toto humano genere perditio, deiectione, & damnato, sed compatiebatur vnique persona humani generis cum summo dolore: & non solum pro peccatis vnus cuiusque persona in communi, imo etiam secundum mensuram quantitatis vnus cuiusque delicti & pena, quam eos incurrisse, & in futurum incurere sciebat certissime. Quot igitur fuerunt, vel sunt homines, & quot peccata commisit, vel committet quilibet homo, & quot habet vel habebit peccata, tot Christus habuit dolores ex summa misericordia & compassione provenientes. Cum igitur homines & eorum peccata & penas quas incurrerant, & incurere debebant, essent infinita, manifestum est, summum dolorem & infinitum eum pro nostro amore sustinuisse. Christus enim quemlibet Electorum suorum ineffabiliter diligebat; & hoc amore euiscerato in eos secundum mensuram cuiuslibet, sentiendo praesentialiter, & continue eorum offensam commissam, & committendam, & penam, & penas quas propter tales offensas sustinere debebant, & dolebat, & compatiebatur eisdem, sustinendo eorum penas cum summo dolore. Tali scilicet, & tanto dolore, & compassione fuit afflictus propter nos dulcissimus Iesus, ut ipsa compassio summa, qua nobis condolebat, eum impulerit ad sustinendum tormentum crucis, & mortem horrendam, & dolores infinitos, ut pro nostris offensis satisfaceret, & nos redimeret, & a penis nos alleuaret.

Fuit etiam in Christo dolor compassionis propriae, scilicet suimet ipsius. Summe enim compatiebatur sibi ipsi de dolorosa pena & ineffabili, quam super se venire ineffabiliter videbat. Videns enim Christus, & considerans se ad hoc missum a Patre, ut omnium electorum suorum dolores & penas portaret in seipso, nec posse falli, quod tam excessuum & ineffabilem non sustineret dolorem, & se ad hoc totaliter esse datum; compatiebatur sibi ipsi summo dolore. Si enim aliquis dolorem maximum & penam super se certissime & ineffabiliter venire cognosceret, & ipsum dolorem sine intermissione haberet praeculis, absque dubio sibi ipsi compatereetur, & tanto plus, quanto super se venire cognosceret maiorem dolorem; & adhuc quanto plus intelligeret & sentiret qualis & quantus esset talis dolor. Haec omnia summe fuerunt in Christo, plus quam dicere possum. Sed hoc exemplum dico propter profunditatem intellectus humani.

Fuit etiam in Christo dolor compassionis sui misericordissimi Patris. Infinitè enim Christus diligit & dilexit Patrem suum Dominum Deum Patrem, quem in infinitum diligebat, tanta affici compassione & misericordia super nos, ut se & suum Filium dilectissimum vellet dare & morti tradere, qui erat sibi infinitum res carissima; infinito super hoc compatiebatur dolore super tanta compassione Dei Patris; propter quod ut voluntati Patris quodammodo remedium adhiberet, humiliavit semetipsum sibi, factus obediens usque ad mortem crucis: & hunc modum doloris impossibile est explicare. Dico igitur, quod dolor fuit in Christo ineffabiliter: qui quidem dolor ineffabilis fuit concessus, & in ipso permissus, & dispensatus, ex ineffabili sapientia diuinitatis. Quae dispensatio diuina ineffabilis & aeterna, cum Christo ineffabiliter & aeternaliter comitata & vnita, dolorem pati summe in eo dispensabat, & quanto dispensatio diuina est mirabilior, tanto dolor Christi fuit acutior & intensior ex diuina dispensatione resultans; ita quod nullus intellectus est ita capax, quod illum dolorem vnquam potuerit, comprehendere. Ita enim Diuina dispensatio, fuit origo omnium dolorum, & in hac oriuntur & finiuntur. Et sicut est impossibile comprehendere aliquem intellectum infinitatem caritatis, quam ostendit in hoc, quod per mortem suam nos redimere vellet, sic est impossibile comprehendere infinitum dolorem in eo dispensatum, quo ipse doluit. Fuit enim iste dolor resultans ex ineffabili lumine, Christo dato, ipsa enim Diuinitas lumen ineffabile ineffabiliter Christum illuminans & cum ipsa diuina dispensatione in ipsum ritens, & in ipso Diuino lumine in dolorem transformans, tantum sibi reddebat dolorem, quod ineffabile est totum. Videbat enim Christus quandam ineffabilem mensuram sibi datam tam excessiui doloris, qui dolor sua ineffabilitate, esset omni creatura occultus. Istius enim doloris, scilicet Diuini luminis sibi dati, diuina dispensatio fuit fons & origo.

Fuit etiam in Christo dolor compassionis suae dulcissima Matris, quia enim Christus suam Matrem plus quam aliam aliquam creaturam dilexit & diligebat, ut pote, quia ex ipsa sola carne Virgineam traxit, & quia ipsa suo Filio plus quam alia creatura condolebat, propter capacitatem nobilissimam, & profundissimam, quam habebat excellentius, quam aliqua creatura; ideo Christus ei condolebat & compatiebatur quia eam corpore, corde, & animo summe dolere & lamentari videbat: dolebat enim ipsa Mater in summo, & ipse Christus illum suum dolorem in seipso portabat, & huius doloris fundamentum fuit in dispensatione Diuina.

Fuit etiam in Christo dolor de offensione Patris, quem summe diligebat: videbat enim qualiter in sua passione, quando homo suum Dominum & suum factorem crucifigebat, summe offendeatur Deus Pater: matris enim peccatum, quod vnquam fuerit, nec futurum, fuit interficere & crucifigere Filium Dei, & consequenter plus offendeatur Deus, de quo Christus sine dubio in immensum doluit. Vnde & dolore & compassione

sione motus, tam ex parte Patris, qui offende-
batur, quam ex parte hominum, qui eum offende-
bant, fuit motus ad dicendum illud verbum: Pater dimitte eis,
quia nesciunt quid faciunt. Forsitan enim Deus Pater
iterum totum humanum genus damnasset propter hoc,
nisi Christus, quasi oblitus omnibus aliis doloribus in
morte sua benigna oratione facta cum lacrymis & cla-
more, Deum Patrem mitigasset.

Fuit etiam in Christo dolor compassionis Apostolo-
rum & Discipulorum ipsius: dolebant enim Apostoli
& Discipuli, & mulieres que secuta eum fuerant, ma-
ximo dolore. Cum ergo eos Christus summo amore di-
ligeret, dolorem Discipulorum disperforum & tribula-
torum Christus in seipso portauit.

Præter hos dolores, Christus multiplicem dolorem
sustinuit. Quadruplicem enim genere gladiatorum & sa-
gittarum fuit vulneratus & crucifixus iste Deus homo,
Christus Iesus. Primum fuit obstinatorum cordium
peruersa crudelitas: erant enim eorum corda continue
contra Christum vehementissimè obstinata, & in con-
tinuo studio & diligentia erant cogitantes & machi-
nantes, quomodo eum vituperabilis & crudelius ex-
terminarent de terra & nomen eius, qui eos saluare ve-
nerat, & omnem societatem eius. Secundum genus
fuit malitia & nequitia illarum irarum grandissima-
rum & odiorum, quas illi crucifixores contra ipsum
continue portabant: quot enim contra ipsum cogitatio-
nes & peruersæ intentiones, & iniquæ voluptates fue-
runt, tot fuerunt cultelli & sagittæ animam Christi
transuerberantes. Tertium genus fuit malitia & dolo-
ritas linguarum vociferantium contra ipsum: quot enim
fuerunt accusationes, detractioes, iniqua consilia, sub-
sannationes, derisiones, oblocutiones, blasphemie, maledi-
ctiones falsa sententia, falsa testimonia, tot sustinuit
dolores animam suam affligentes. Quartum genus
fuit crudelissimum opus passionis, quod in eum diris-
simè exercuerunt; & hoc patet deducendo per totam
passionem: quot enim tractus capillorum & barba, &
capitis, quot impulsus, quot ligamina, quot alapa, quot
colaphi quod expunctiones, quod verberationes, tot susti-
nuit & habuit passiones, potissimè ex parte clauorum:
quia acceperunt clauos grossissimos, æquales, scabrosos
& quadratos quibus manus eius & pedes crudelissimè
perforantes, & transigentes & totaliter lacerantes &
destruentes, ipsum crudelissimè affixerunt. Ex tali enim
forma clauorum pena supermaxima resultauit. Suppo-
sito etiam, quod ligno manus eius & pedes non fuissent
affixæ, adhuc utique passio durissima persistisset; sed
adhuc non contenti manus & eius pedes trabentes, &
torum corpus & ossa & neruos extendentes, & distun-
gentes, & demerantes, ligno durissimo affligentes
strictissimè compresserunt. Et nec sic contenti crucem in
altum eleuantes, & nudum frigori, vento, & aëri, &
populo exhibentes, ponderositas totius corporis & gra-
uitas in manibus pendebat, & in pedibus sustentaba-
tur, ut duritia clauorum amplius sentiretur, & san-
guinem sine intermissione clauis in plagis existentibus
emitteret, & sic in tormento maximo moreretur, & sic
omnis eorum malitia completeretur.

Et ut ipse Deus & homo de tam excessivo dolore no-

bis aliquid manifestaret; & quod non pro se, sed pro
nobis illum toleraret, patet, & ut de ipso dolora
nos semper dolere, & misericorsius compati nos instrue-
ret, istis tribus de causis illud verbum clamauit cum in
isto dolore esset, dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid
dereliquisti me? Deus enim derelinquere eum non pote-
rat, cum ipse Deus esset. Sed seipsum hominem manife-
stauit, cum se derelictum in suis doloribus proclama-
uit: tunc enim clamando manifestauit superacutissi-
mum dolorem & ineffabilem quem pro nobis tolera-
bat: Deus enim dolorem Christi bene sentiebat simili-
ter, quia ipsum portabat, ergo solum pro nobis clama-
uit, ut summum dolorem, non pro se, sed pro nobis se
pati indicaret: & sic ad dolendum & condolendum
semper & assidue nos prouocaret & moueret. Et ne quis
existimet ipsum solum quando in cruce erat doluisse, ex
quo formatio corporis, & eius organizatio, & anima
infectio, & verbi vnio simul & semel fuerunt, ex qua
supermirabili vnione anima illa repleta fuit summa
sapientia & ineffabili, omnia sibi presentia & futura
representauit. Et ideo superacutissimum dolorem &
omnino ineffabilem sibi videbat aduenire statim quan-
do formatus est & conceptus: & ideo de hoc continue
dolens, (diuina sapientia dispensante,) istum dolorem
tolerauit ab anime infusione vsque ad anime separa-
tionem: & hoc verba sua testantur, cum dicat frequen-
ter, se crucem baiulare, & cum dicat discipulis non pro
se sed pro illis, & pro nobis crucem se tolerare, & se esse
tristem: & ideo; Tristis est anima mea vsque ad mor-
tem, hoc dictum est, ut nos ad dolorem super suum dolo-
rem efficacius prouocaret.

Et hic dolor cum omnibus supradictis fuit vehemens
& acutus, propter nobilissimam animam, quam habe-
bat: quanto enim illa anima erat sanctior, & mitior,
& nobilior, tanto acutiori & intensiori cruciatur
dolore. Anima enim illa summe nobilissima, ex omni-
bus his iniuriis & afflictionibus summo cruciatur
dolore: omnes ij dolores originem trabentes, ex illa sum-
ma & ineffabili dispensatione Deitatis, taliter animam
Christi cruciauerunt, quod omnis per se dolor in Chri-
sti corpore redundauit, vehementissimè ipsum corpora-
liter affligens. Fuit etiam ille dolor intensior propter no-
bilitatem & delicationem sui Virginei Corporis, quod
fuit nobilissimum omni alio nato de muliere: & ideo magis
sensituum, & magis affligebatur ex predicto dolore.
Fuit autem acutissimus dolor in Christo ratione perso-
ne, quia verus Deus erat. Vnde & omnis afflictio &
iniuria sibi illata infinitam offensam continebat: nam
non solum homini fiebat, imò etiam Deo vero, pro-
pter quod rationem dolendi infinitam habebat, & in-
effabiliter dolebat de omni contumelia & afflictione
sibi illata.

Et in his omnibus Saluator ipse mundi, Deus homo
Christus Iesus cum pateretur, non comminabatur, nec
maledicebat, nec se defendebat, nec se vindicabat; nec
cum accusaretur, se excusabat; nec cum in facie spueretur,
ipse non eam abscondebat; nec cum manus & bra-
chia in cruce extenderentur, non ea retraherebat; nec cum
ad mortem quereretur, non se abscondebat, sed totaliter
& omnimodè se tradidit voluntati eorum, ut per

nequitiam eorum etiam ipsis nolentibus & ingratis opus redemptionis ministraret. Imò (quod est ineffabile cogitare) in ipso pessimo opere passionis, quod in eum innocentem exercebant, ipse exemplum patientie praebebat, veritatem eos docebat, pro eâ cum lacrymis & fletu, & clamore intentissimè Patrem orabat. Et pro ipso peccato eorum grandissimo (pro quo omnis mundus, & humana natura perire meritò debebat) tunc ipse maiora beneficia praebebat, utpote quia ipsomet dolore, & passione (quam ipsi ministrabant) ipse pro omnibus nostris doloribus satisfecit, & tunc

nos redemit, & portas paradysi crucifixoribus, & omnibus aliis aperuit, & suo Patri reconciliavit: & gratiosus nos effecit, in tantum, quòd filij Dei sumus, omnino sibi reconciliati in ipso opere, quo damnabilis erat totus mundus, & omnis creatura, pro eo videlicet, quòd creatura inuenta fuerit in suam Creatorem tantam iniuriam intulisse. O pietas! ò immensa misericordia! ò inexcogitabilis benignitas, quòd ubi superabundavit infinita iniquitas, ibi superabundaret & gratia, talis ac tanta, quae verè finem non habet!

